(1) El perfecto expresa por sí mismo el hecho como *pasado absolutamente* y enuncia solo que tuvo lugar: *num sæpe esuriit?* ¿Aconteció á menudo que él tuviese hambre? Es lo que distingue este tiempo del imperfecto, que no expresa el *hecho* como *pasado sin relativamente*. Así, *Num sæpe esuriebat?* solo significaría: ¿Acontecia á menudo (á tal época) que tuviese hambre? Por esq., pues, el imperfecto denota repetición y, por extensión, costumbre: ¿Le acontecía á menudo él tener hambre? El imperfecto expresa de sí mismo el hecho comp en relación con un otro hecho enunciado ó supuesto conocido, y, si no hay otro hecho enunciado, como en relación con el hecho siempre constante de la duración perpétua del tiempo. Así, en ciertos casos, puede de irse que el perfecto expresa acción y el imperfecto estado; Ayer anduve, *heri ambulavit* (acción); Ayer andaba, *heri ambulabat* (estado).

Meumne an fratis mei equum habuisti? — Nec tuum habui,  
nec fratis tui equum. — Utram habui, tuamne an medici  
schedulam? — Utramque habuisti. (1) — Quid medicus  
habuit? — Nihil habuit. — Ecquis meum habuit candelabrum  
aureum? — Nemo id habuit.

103.

Quid quæris? — Quæro aureum meum candelabrum nec  
non et (2) alterum argenteum. — Neutrumne tu invenis? — Neu-  
trum invenio. — Utrum tibi potius est (utri priores das partes)?  
— Priores habet illud (apud me) (Illud mihi potius est), quod  
invenire possum. — At utrum aves invenire? — Utrumvis,  
uno tantum opus est mihi, et alterutrum invenire me oportet (3). — Num frater tuus adest? — Abiit. — Vultne mihi  
nunc pecuniam dare mutuam? — Puto hoc fieri posse. —  
Num hic liber secari potest? — Potest (secari), sed ligneo  
cultro secundus est. — Frangitur facile hoc vitrum? — Fa-  
cillime frangitur. — Quidnam in hoc dolio lavatur? — Pueri  
interdum in eo-lavant. — Quid agitur in exercitu (*ou apud*  
*exercitum*)? — Nihil agitur, ne cognoscitur quidem, ubi hos-  
tis est. — Venitne vinum? — Non venit, nemo vinum emit.

---

(1) *Nec non* equivale á *et*. *Et*, en caso necesario, tiene el mismo valor que *etiam*, todavia, aun, tambien. *Nec non et* est pues una redundancia de que puede uno servirse para expresar con enfasis que una sola accion cae sobre dos objetos : busco mi candelero de oro y no busco ménos por eso (por la misma ocasion) mi candelero de plata. Añadase *alterum*, y se enumera que se buscan solo dos ó que no hay sino esos dos que se buscan.

(2) En *utervis*, *utravis*, *utrumvis*, *uter* es el solo que se declina, *vis* es invariable; en *alteruter*, *alterutra*, *alterutrum*, en ambas partes pueden declinarse *alter* y *uter*, pero vale mas, en general, no declinar sino la segunda y dejar *alter* invariable. *Utervis* significa propiamente él de los dos que V. quisiere; segun la ocasion, se echa mano tambien de *uterlibet*, *tibet* quedando invariable. La significacion comun es *el uno ó el otro*, no importa el cual, pero con un viso: *utervis* (*uterlibet*) significa ambos indiferentemente, mientras que *alteruter* significa el uno á falta del otro (con exclusion). Ej.: Quiero que V. duerma sobre las dos orejas: *in aurem utravis dormire te volo*. De los dos partidos, preciso es tomar el uno ó el otro, vencer ó morir; *amborum consiliorum alterutrum ineundum est, aut vincere aut mori*.

— Quo mittitur hic puer? — In urbem mittitur. — Cur dux abit? — Accitur a rege. — Num ii (homines) vituperantur, qui non laborant? — Sunt vituperandi. — Cur non castigantur? — Quoniam (Propterea, quod) tam multi castigari non possunt.

104.

Ecquid tu habes agendum? — Nihil habeo agendum. — Quidnam est fratri tuo agendum? — Litteræ scribendæ ei sunt. — Quid egisti (*ou fecisti*)? — Nihil egi (*ou feci*). — Ecquid ego feci? — Lacerasti vestes meas. — Quidnam liberi tui fecerunt? — Laceraverunt pulchros suos libros. — Quid fecimus? — Nihil fecistis; at fratres vestri pulchras meas sellas cremaverunt. — Num bene egerunt? — Minime (1), non egerunt bene. — Num jam sartor fecit vestem tuam? — Nondum fecit (eam). — Jamnesutor tuus ocreas fecit tuas? — Jam fecit eas. — Num quando pileum fecisti? — Nullum unquam feci. — Jamne crūmenam perfecisti tuam? — Nondum perfeci eam. — Num vicini nostri libros unquam fecerunt? — Olim fecerunt (nonnullos). — Quot vestes fecit sartor tuus? — Triginta vel quadraginta fecit. — Utrum fecit bonas an malas vestes? — Et bonas, et malas fecit. — Detraxitne pater noster petasum suum? — Detraxit eum. — Exueruntne fratres vestri vestes suas? — Exuerunt eas. — Utrum medicus exuit tibialia sua an calceos suos? — Neque hosce exuit, neque illa. — Quidnam sustulit? — Nihil sustulit; sed petasum suum magnum detraxit. — Quisnam id tibi dixit? — Servus meus id mihi dixit. — Quid consobrinus tuus tibi dixit? — Nihil mihi dixit. — Quisnam hæc vicino tuo dixit? — Britanni hæc ei dixerunt. — Tune es hujus adolescentis frater? — Sum. — Hiccine puer tuus est filius? — Est. — Quot tibi sunt liberi? — Duo tantum mihi sunt. — Ivitne vicinus in macellum? — Non ivit (illuc). — Pravene egit? — Prave egit (2). — Num pœnituit eum non ivisse (illuc)?

(1) Aunque en latin se responde *non*, esta respuesta seca se evita hablando con urbanidad, ya se añada una pequeña diccion ó dos, ya se eche mano de una variante. Ej.: Pero en verdad no (por Hércules), *non hercle vero*; de ningun modo, *nullo modo*, *nullo pacto*; nada ménos, *nihil minus*, *nihil vero minus*; lo ménos del mundo, nada del todo, *minime gentium*, ó *minime solo*, como aquí.

(2) *Prave*, mal, propiamente *al traves*, es lo opuesto de *recte*, recto, segun la recta razon, bien; como *male* es lo opuesto de *bene*.

— Pœnituit eum. — Tibine opus fuit libro tuo? — Non fuit mihi opus (eo). — Ecquis indiguit mei? — Magnopere ego tui indigi. — Ille ne ægrotat? — Ægrotat. — Num ægrotō? — Non ægrotas, domina. — Esne tu æque longus atque ego? — Sum (ou æque). — Suntne amici nostri tam divites, quam dicunt (se esse)? — Sunt. — Esne tu tam fessus, quam frater tuus? — Fessus ego sum magis, quam ille.

105.

Locutus es cum patre meo? — Locutus sum cum eo. — Quando locutus es cum eo? — Nudius tertius locutus sum cum eo. — Locutus es aliquando cum Turca? — Nunquam locutus sum cum illo. — Quoties locutus es cum centurione? — Sexies cum eo locutus sum. — Num unquam de aliqua re patricius tecum locutus est? — Nunquam de re quam mecum locutus est. — Sæpene cum ejus filio locutus es? — Sæpe sum cum eo locutus. — Sæpiusne es cum eo locutus, quam nos? — Non sum cum eo locutus tam sæpe, quam vos. — Quemnam patricii filium es allocutus? — Minorem natu sum allocutus. — Quosnam (homines) frater tuus est allocutus? — Hosce (homines) allocutus est. — Hortulani tui filius quid secuit? — Arbores secuit. — Secuitne frumentum? — Secuit (frumentum). — Secuitne tantum feni, quantum frumenti? — Hujuscet tantum secuit, quantum illius. — Collegistine cultrum meum? — Collegi eum. — Num puer tuus collegit sartoris digitale? — Id non collegit. — Collegistine scutum? — Duo collegi (scuta). — Quid collegistis? — Nihil collegimus. — Ecquid cremastis? — Nihil cremavimus. — Quid nautæ cremarunt (cremaverunt)? — Vestes suas laneas cremaverunt. — Num egerunt recte? — Admodum pravegerunt. — Cremastine pulchras meas tænias? — Non cremavi eas. — Num recte egi? — Rectissime egisti. — Quosnam libros Græcus cremavit? — Suos (ipsius) cremavit. — Quasnam naves Hispani cremaverunt? — Non (ou nullas) cremaverunt naves. — Num cremasti chartam? — Nullam cremavi. — Num medicus cremavit schedulas? — Nullas cremavit. — Tene pœnituit petasum cremare meum? — Me pœnituit cremare eum. — Quando eum cremasti? — Heri cremavi eum. — Ubi cremasti eum? — In conclavi meo cremavi eum. — Quis laceravit subuculam tuam? — Fœdus (ille) vicini nostri puer eam laceravit. — Pœnituitne cum hujus rei? — Ne minime quidem pœnituit eum hujus rei? — Ecquis libros tuos laceravit? — Nemo laceravit eos.

106.

Cur iste (homo) non amatur? — Quoniam mos ei est nim  
bibendi. — Quinam homo iste est? — Eum non novi.  
Novistine hunc, qui huc venit? — Novi eum, at de facie tan  
tum. — Nonne locutus est de fratre meo? — Non potuit de  
illo loqui, non novit eum. — Quis tibi dixit, hunc eum non  
novisse? — Nunquam vidi eum. — Num tu tam peritus es  
latini, quam gallici sermonis? — Galici magis sum peritus,  
quam latini. — Habesne in animo rus ire? — Non habeo in  
animo ire illuc. — Quot tibi sportae allatae fuerunt? — Quin  
que et viginti mihi allatae fuerunt. — Qum ruri es, num  
tu omnes excipis, qui veniunt? — Excipio eos, quia mihi  
hoc voluptati est. — Possumne ego illic te invisere? — Potes.  
Num id tibi gratum est? — Per mihi gratum est. — Num in  
domum tuam vicini tui omnes admittuntur? — Ruri, certe (1),  
omnes in domum meam admittuntur. — Nonne vicinus  
est quidam tibi inimicus? — Mihi jam inimicus non est.  
— Uter vestrum prior mecum est locutus? — Is ego sum,  
qui prior (vñ prius) tecum locutus sum. — Tu is es, a quo  
incipiendum mihi est. — Nonne mihi priores concedis  
(das) (2)? — Nequeo tibi eas concedere (partes).

107.

Bibistine vinum? — Bibi (vinum). — Multumne bibisti  
(vini)? — Haud multum bibi (vini). — Bibistine cervisiām?  
— Bibi (cervisiam). — Frater tuus num bibt multum bonae  
siceræ? — Haud multum bibt, sed satis. — Quando bi  
bisti vinum? — Heri hodieque bibi (vinum). — Num servus  
litteras tulit? — Tulit eas. — Quonam tulit eas? — Ad ami

(1) Los Latinos no tienen diccion especial para decir si, á  
no ser *aio*, yo lo afirmo. Cuando ellos no repiten de un modo  
afirmativo ya el verbo, ya la voz importante de la cuestión,  
ellos dicen *sic ó ita (est)*, así es; son las voces que se aproximan  
lo mas á nuestro si. Ellos tienen ademas adverbios de afirmación  
enfática, como *sane*, sanamente, esto es, perfectamente; *omnino*,  
enteramente; *etiam* (por *et jam*) todavia, esto es, eso es;  
*admodum*, enteramente; *certe*, ciertamente, *certo*, por cierto;  
*verum*, es verdad; *vero*, de veras; *itu enim vero*, pero así  
es, etc.

(2) *Concedere* 3, *concessum*, *concedo*, *concessi*, compuesto de  
cum y de *cedere* 3, ir, venir, irse, toma tambien la significacion  
figurada *ceder* del primitivo: *conceder*.

cum tuum tulit eas. — Nonne attulisti mala? — Vobis attulimus (mala). — Quot mala nobis attulisti? — Quinque et vinti vobis attulimus. — Quando attulisti ea? — Hodie ea mane attuli. — Quota hora? — Hora septima et dodrante. — Num puerulum misisti tuum in macellum? — Misi eum illuc. — Quando misisti eum illuc? — Hodie vespere. — Num mittis domum meam (ad me) libros sumptum tuos? — Misi sumptum eos. — Quis venit sumptum eos? — Filius meus, quem ego domum tuam (ad te) misi. — Scripsistine ad patrem tuum? — Scripsi ad eum. — Tibine is rescripsit? — Nondum mihi rescripsit. — Num unquam medico scripsisti? — Nunquam scripsi ad eum. — Ille autem tibine aliquando scripsit? — Sæpe scripsit ad me. — Quid tibi scripsit? — Aliiquid mihi scripsit. — Tibine tui amici unquam scripserunt? — Sæpe mihi scripserunt. — Quoties tibi scripserunt? — Plus, quam tricies, mihi scripserunt. — Vidistin' unquam filium meum? — Nunquam vidi eum. — Tene unquam vidit? — Sæpe me vidit. — Unquamne vidisti Græcos? — Sæpe vidi. — Ecquem jam vidisti Syrum? — Jam vidi unum. — Ubi, vidisti (unum)? — In theatro. — Dedistine fratri meo librum? — Dedi ei (illum). — Dedistine pecuniam mercatori? — Dedi ei. — Quantum dedisti ei? — Quindecim scuta dedi ei. — Dedistine tænias aureas pueris bonorum vicinorum nostrorum? — Dedi eis. — Visne pauperi panem dare? — Jam ei dedi. — Visne mihi vinum dare? — Jam dedi tibi. — Quando dedisti (mihi)? — Olim dedi tibi. — Visne mihi nunc dare (vinum)? — Nequeo amplius dare tibi.

108.

Tibine credidit Americanus pecuniam? — Credidit mihi. — Sæpene credidit tibi? — Aliquoties mihi credidit. — Quando tibi credidit? — Olim credidit mihi. — Estne (ille) pauper? — Pauperior quam tu est (Magis quam tu est pauper). — Unquamne tibi pecuniam Italus credidit? — Nunquam credidit mihi. — Isne pauper est? — Non est pauper, divitior (ditior) est, quam tu. — Visne mihi scutum dare mutuum? — Duo tibi mutua dare volo. — Venitne puer tuus ad meum? — Venit ad eum. — Quando? — Hodie mane. — Quota hora? — Mature. — Maturiusne venit, quam ego? — Quota hora venisti? — Quinta et dimidia (hora) veni. — Maturius venit, quam tu. — Quo ivit frater tuus? — In choream ivit. — Quando ivit illuc? — Nudius tertius ivit illuc. — Habitane est chorea? — Habita est. — Serone habita est? — Mature habita est. — Quota hora? — Media nocte. — Discitne frater tuus scribere? — Discit. — Scitne jam legere? — Non-

dum scit. — Unquamne latinas didicisti litteras? — Olim didici (eas), sed nescio eas. — Unquamne pater tuus britanicus didicit litteras? — Nunquam didicit eas. — Discitne eas nunc? — Discit eas. — Nostin' (novistin) Britannum (illum), quem ego novi? — Non eum (eumdem) novi, quem tu novisti, sed alium. — Novitne amicus tuus patricios eosdem, quos ego (novi)? — Non eosdem is, sed alios novit. — Cognovistin homines eosdem, quos ego cognovi? — Non eosdem, sed alios cognovi. — Unquamne vestem tuam jussisti sarciri.(1) (dedisti sarcierdam)? — Aliquoties jussi (dedi) eam sarciri (sarcierdam). — Jamne ocreas jussisti tuas sarciri? — Non-dum jussi eas sarciri. — Curavit aliquoties consobrinus tuus tibialia sua sarcienda? — Multoties (pluries) ea sarcienda curavit. — Utrum jussisti petasum an calceum tuum sarciri? — Neutrum sarciri jussi. — Jussistin collicæstia mea an meas subuculas lavari? — Neque has neque illa jussi lavari. — Quænam tibialia jussisti lavari? — Lintea jussi lavari tibialia. — Num pater tuus mensam quam curavit faciendam? — Unam curavit faciendam. — Numquid faciendum curasti? — Nihil curavi faciendum.

109.

Quid exstinguis? — Focum exstinguo (eum), quem accendi. — Nonne ego exstinxii eum? — Nondum exstinxisti eum. — Visne me exstinguere eum? — Nolo, eum ego exstincturus sum (2). — Quando tibi est in animo Lutetiam ire (3)? —

(1) En *unquamne jussisti vestem tuam sarciri?* la accion se halla expresada de un modo abstracto, *sarciri*, que puede considerarse como regimen de *jussisti*, asi como *vestem tuam*. Mas adelante, podremos decir tambien: *unquamne jussisti, vestis ut tua sarciretur?* con el subjuntivo, cuya fuerza impulsiva expresa direccion impulsiva, viso que no tiene necesidad de añadirse aqui, pero que seria muy á propósito, si se tratase de apoyar mas sobre el hecho del orden dado, indicando ya la direccion, ya la aplicacion de la impulsión á persona ó cosa, ó á ambas á la vez.

(2) Vease, *Método*, 45<sup>a</sup> lección, *Obser. B.*, y lección siguiente.

(3) El infinitivo indica de un modo abstracto la accion como existente en la idea, y segun ello, el infinitivo puede considerarse como el sujeto de *est*. Mas adelante, con el subjuntivo: *quando tibi est in animo ut Lutetiam eas?* se podrá expresar la direccion de la intencion, el sentido de la impulsión; mas aquí, y cuantas veces el sujeto de los dos verbos sea el mismo, no es necesario. Si, por el contrario, se

Mihi est in animo mox ire illuc.—Ducisne (agisne) equum ad herum suum? — Duco (ago) illum ad eum. — Num boves in agros acti sunt? — Acti sunt illuc. — Cur ignem huic chartae injicis? — Quia mihi ea jam non opus est. — Nonne vis partem ejus servare ad focum cras accendendum (1)? — Omnem servare volo, si tibi gratum est (2). — Amicus tuus divesne est an pauper? — Nec dives est, nec pauper; quod (ou quantum) ei opus est, habet. — Nonne frater tuus ægrotavit? — Valde ægrotavit. — Nonne laboravit oculis? — Ita, duos per menses cæcus fuit. — Num ei usque oculi dolent? — Minus ei dolent oculi nunc. — Nonne duos habes pileos? — Habeo duos. — Visne mihi unum commodare? — Utrum tu vis? — Utrum tibi libet, quemlibet. — Hiccine est pileus, de quo tu mecum es locutus? — Idem est, nonne per bonus adhuc est? — Bonus est admodum, at non pulcher. — Nonne quem habes pulchriorem? — Ex omnibus pileis, quos ego habeo (3), hic est pulcherrimus.

---

tratase que un tercero fuése allá, por ejemplo : *Quando tibi est in animo ut filius tuus Lutetiam eat?* ¿Cuando tiene V. ánimo que su hijo vaya á Paris? Entonces el subjuntivo tiene la ventaja de enunciar la dirección y la aplicación de la impulsión que él solo indica en virtud de su fuerza imperativa.

(1) Aquí, mas tarde, se podrá emplear igualmente el subjuntivo en vez del gerundio : *ut focum cras accendas*. Es sobre todo el caso, cuando la frase subordinada no es simple, empero compuesta ora de dos verbos unidos uno á otro : *ut focum cras accendere possis*, á fin de poder encender el fuego mañana; ora de dos ó varios miembros : *ut chartas cras reperire possis, quibus focum accendas*, para poder hallar mañana papel para encender el fuego.

(2) Es de observar que, mas tarde, cuando se dira : *si tibi gratum sit*, el subjuntivo *sit* corresponderá al imperfecto del subjuntivo español expresado con la condición *si* : si eso le hiciera ó hiciese á V. (en latin haría) placer. Veráse esto en su lugar.

(3) Dicese tambien en español : de todos los sombreros que tengo (indicativo), es el mas bello, al paso que : es el mas bello que yo tenga (subjuntivo). El viso es leve, hay un viso no obstante, y en latin este viso se halla bien decidido. El subjuntivo latino, como se verá, no se emplea á ménos de chanciarse el hecho, no como tal, sino solamente como idea ó eventualidad. Para decir : es el mas bello que haya en el mundo, el subjuntivo es necesario, pues no es un hecho positivo que se enuncia, sino la idea solaíente del hecho cuya realidad puede no ser contestada : el mas bello que hay en el mundo expresaría el hecho como verídico, es decir lo daria como tal.

110.

Num quid pollicitus es? — Nihil pollicitus sum. — Dasne id mihi, quod (mihi) es pollicitus? — Id tibi do. — Multumne pecuniae accepisti? — Haud multum accepi. — Quantum accepisti? — Denarios tantum viginti accepi. — Quando litterae tibi allatae fuerunt? — Hodie mihi allatae fuerunt. — Ecquid accepisti? — Nihil accepi. — Quid accepimus? — Magnae nobis litterae allatae fuerunt. — Pollicerisne mihi in choream te venturum esse? — Policeor tibi me venturum esse illuc. — Habeturne chorea tua hodie vespere? — Habetur. — Quantum pecuniae meo dedisti filio? — Sestertios ei dedi sexaginta. — Nonne plus ei pollicitus es? — Quod ei pollicitus sum (id ei) dedi. — Num inimici nostri pecuniam receperunt suam? — Non receperunt eam. — Tibine sunt nummi romani? — Sunt mihi. — Cujusmodi habes nummos? — Denarios habeo, sestertios, asses et nonnullos teruncios. — Quot in denario sunt asses? — Decem sunt asses in denario. — Num tibi sunt teruncii? — Nonnulli mihi sunt. — Quot teruncii sunt in asse? — Quatuor sunt in asse teruncii. — Visne mihi vestem tuam commodare? — Tibi eam volo commodare, sed trita est. — Num calcei tui triti sunt? — Non sunt triti. — Visne eos fratri meo commodare? — Eos illi volo commodare. — Cuinam commodavisti petasum tuum? — Eum non commodavi; cuidam vero dedi (eum). — Cuinam dedisti eum? — Pauperi cuidam dedi eum.

111.

Scitne jam fraterculus tuus appellare litteras? — Scit. — Appellatne bene (litteras)? — Bene appellat (litteras). — Quemadmodum (1) appellavit litteras puerulus tuus? — Mediocriter appellavit (litteras). — Quemadmodum (ou quomodo) scripserunt liberi tui litteras suas? — Male scripserunt eas. — Scisne hispanice? — Scio. — Loquiturne consobrinus tuus italicice? — Bene loquitur italicice. — Quomodo loquuntur amici tui? — Haud male loquuntur. — Audiuntne (ea), quae eis dicis? — Audiunt (ea). — Quomodo didicisti britannicas litteras? — Hoc modo didici eas. — Mene vocavisti? — Non te, sed fratrem tuum vocavi. — Illene venit? — Nondum (venit). — Ubi madefecisti vestes tuas? — Ruri

(1) *Quemadmodum* es lo mismo que *quomodo*? ¿ De que manera? Ambos están compuestos con el pronombre interrogativo y *modus*, *i.*, *m.*, manera; hay una diferencia sin embargo: *quemadmodum* expresa mas movimiento que *quomodo*.

madefeci eas. — Visne eas ponere ad siccescendum? — Volo eas ponere ad siccescendum. — Ubi posuisti petasum meum? — In mensam posui eum. — Vidistine librum meum? — Vidi eum. — Ubi est (positus)? — Super arca est fratris tui (positus). — Estne fasciola mea super (*ou in*) sella? — Ibi est. — Quando fuisti ruri? — Nudius tertius fui illic. — Reperistine ibi patrem tuum? — Reperi eum ibi. — Quid dixit? — Nihil dixit. — Quid fecisti ruri? — Nihil feci illic.

112.

Quomodo libros disposuisti tuos? — Hoc modo disposui eos. — Num eos bene disposui? — Male admodum. (1) disposuisti eos. — Quemadmodum oportet eos disponere? — Alio modo oportet eos disponere. — Suosne frater meus aliter disposuit? — Aliter disposuit eos. — Cujus est haec vestis, quae humi jacet? — Mea est (vestis). — Quid queris? — Fasciolam querero meam. — In angulo humi jacet. — Num invenisti pileum meum? — Nullum inveni petasum. — Nonne gladium vidisti meum, quum rediisti? — Eum vidi, sed nescio ubi. — Adeste frater tuus? — Agrotat (æger est), cubuit. — Dormitne? — Dormivit, credo autem eum jam non dormire. — Tuumne vinum omne bibisti? — Omne bibi. — quis aperuit fenestram? — Ego aperui eam, vocandi causa amicum meum. — Num quæsivisti tæniam illam, quam perdidisti? — Quæsivi eam, sed non reperi. — Desistine theam emere apud hunc mercatorem? — Desii emere theam apud eum. — Non desii, theam adhuc apud eum emo quotidie. — Quid veniit (venivit)? — Nihil veniit (venivit). — Vendiditne mercator merces suas? — Nonnullas vendidit. — Num domus haec venalis est? — Jam non est venalis. — Nonne venum data est? — Venum data est, sed nudius tertius venum ivit (*ou* veniit).

113.

Tibine est tempus scribendæ epistolæ? — Tempus est mihi scribendæ epistolæ. — Visne fratri meo librum quem commodare? — Unum jam ei commodavi. — Visne ei unum amplius commodare? — Duos amplius volo ei commodare. — Dedistine pauperibus aliquid? — Pecuniam eis dedi. — Quantum tibi pecuniæ dedit consobrinus meus? — Haud

---

(1) *Admodum*, aunque significando *muy*, tiene un sentido vago á veces que hace su significacion tan extendida como la de *bastante* en castellano, el cual expresa tambien el superlativo en cierto sentido.

multum mihi dedit, non amplius, (1) quam sestertios triginta. — Quot annos natus est frater tuus? — Viginti annos natus est. — Esne tu ei ætate æqualis? — Minor sum ætate, quam ille. — Quot annos natus es? — Vix duodeviginti annos natus sum. — Quot annos natus es? — Circiter (ou fere) duodecim annos natus sum. — Sumne ego natu minor, quam tu? — Nescio. — Quot annos est natus vicinus noster? — Non omnino triginta annos complevit. — Suntne amici nostri juvenes æque ac nos? — Majores sunt ætate, quam nos. — Quot annos nati sunt? — Alter plus undeviginti annis natus est, alter vero viginti annos complevit. — Tuusne pater tam grandis est ætate, quam meus? — Ætate provectior est, quam tuus. — Legistine librum meum? — Nondum legi eum omnino (Nondum perlegi eum). — Confecitne (Perscripsitne) amicus tuus librum suum? — Prope finivit (confecit, perscripsit) eum. — Mene intelligis? — Te intelligo. — Nosne intelligit Britannus? — Nos intelligit. — Intelligitisne (id), quod vobis dicimus? — Id intelligimus. — Intelligisne latine (latinum sermonem)? — Nondum intelligo, sed disco (eum). — Intelligimusne Britanos? — Non intelligimus eos. — Nosne Germani intelligunt? — Nos intelligunt. — Intelligimusne eos? — Vix eos intelligimus. — Ecquem audis strepitum? — Nihil audio. — Audivistine strepitum venti? — Audivi. — Quid audis? — Audio latratus canum. — Cujus est hic canis? — Scoti est canis.

114.

Amisistine baculum tuum? — Non amisi eum. — Amisitne servus tuus schedulam meam? — Amisit eam. — Ivistine in choream? — Non ivi illuc. — Ubi mansisti? — Domi mansi. — Perdiditne pater tuus in alea tantum pecuniæ, quantum ego? — Plus perdidit, quam tu. — Quantum ego perdimi? — Vix triginta sestertios tu perdidisti. — Ubi mansit frater tuus? — Domi mansit. — Manseruntne ruri amici nostri? — Illic manserunt. — Scisne tantum, quantum britanicus medicus? — Non tantum scio, quantum ille. — Scitne gallicus medicus tantum, quantum tu? — Plus scit, quam ego. — Num quis doctior est gallicis medicis? — Nemo doctior est illis. — Legeruntne fratres tui libros meos? — Non omnino eos legerunt. — Quot legerunt? — Vix duos lege-

---

(1) O bien: *Non amplius sestertiis triginta*, con ablativo, cercenando *quam*, como lo hemos visto, *Método*, 37<sup>a</sup> lección, *Obser. E.*

runt. — Num quid tibi abstulit hortulani mei filius? — Libros meos mihi abstulit. — Quid ei abstulisti? — Nihil ei abstuli. — Tibi is abstulit pecuniam? — Abstulit (mihi pecuniam). — Quantum is tibi pecuniae abstulit? — Sesterios mihi fere octoginta is abstulit. — Cur sumis tu petasum tuum? — Quia volo exire. — Cur baculum tuum non sumis? — Eum non sumo, quia mihi eo non opus est.

115.

Cur amas hunc (hominem)? — Amo eum, quia benignus est. — Cur verberat canem suum vicinus tuus? — Quia puerulum suum momordit. — Quamobrem me amat pater tuus? — Te amat, quia benignus es. — Nosne amant amici nostri? — Nos amant, quia benigni sumus. — Cur affers mihi vinum? — Quia sitis, (propterea) tibi vinum afferro. — Quamobrem babit faber tignarius? — Babit, quia sitit. — Videsne nautam (eum), qui in nave est? — Eum non video, qui in nave, sed illum, qui in platea est. — Legisne libros illos, quos tibi pater meus dedit? — Lego eos. — Novistisne Italos, quos novimus? — Non illos, quos novistis, sed alios novimus. — Emisne equum eum, quem vidimus? — Non eum, quem vidistis, sed alium (quemdam) emo. — Quærisne (id), quod amisisti? — Id quæro. — Reperisne hominem illum, quem quæsivisti? — Non reperio eum. — Interficiunt lanius bovem eum, quem in macello emit (a se in macello emptum)? — Interficit eum. — Interficiunt coqui nostri gallinas eas, quas emerunt? — Interficiunt eas. — Sarcitne petasorum opifex pileum illum, quem ego ei misi? — Sarcit eum. — Sarcitne tutor ocreas istas, quas tu ei misisti? — Non sarcit cas, quippe quæ tritæ sunt. — Jacetne tua vestis in sella? — Illic est (posita). — Estne in illa sella posita, super quam ego eam posui (posueram)? — Non, at in alia jacet. — Ubi est pilus meus? — In conclavi est, ubi (ou in quo) fuisti. — Ecquem exspectas? — Neminem exspecto. — Exspectasne hominem istum, quem ego vidi hodie mane? — Exspecto eum. — Exspectasne librum tuum? — Exspecto eum. — Patremne exspectas (tuum) hodie vespere? — Exspecto eum. — Quota hora is ivit in theatrum? — Hora septima ivit illuc. — Quota hora illinc redit? — Undecima hora illinc redit. — Muherne tua rediit e macello? — Nondum illinc rediit. — Quota hora rediit rure frater tuus? — Hora decima vespertina (vespere) illinc rediit.

116.

Quota hora rediisti ab amico tuo? — Hora undecima malu-

tina redii ab illo. — Mansistine diu apud eum? — Horam circiter unam apud eum mansi. — Quandiu cogitas in chorea manere? — Momenta nonnulla cogito illic manere. — Quandiu mansit Britannus apud te? — Duas horas mansit apud me. — Cogitasne ruri diu manere? — Per æstatem ibi manere cogito. — Quandiu manserunt in urbe fratres tui? — Per hiemem ibi manserunt. — Quantum debo ego tibi? — Haud multum tu mihi debes. — Quantum debes sartori tuo? — Sestertios ei centum et quinquaginta tantum deboeo. — Quantum debes sutori tuo? — Jam ei denarios septuaginta deboeo. — Tibine deboeo aliquid? — Nihil mihi debes. — Quantum debet tibi Britanus? — Plus is mihi debet, quam tu. — Num Galli tantum tibi debent, quantum Hispani? — Non omnino tantum. — Tibine taatum ego deboeo, quantum frater meus? — Plus tu mihi debes, quam ille. — Num amici nostri tantum tibi debent, quantum nos? — Minus vos mihi debetis, quam illi. — Cur das mercatori pecuniam? — Do ei pecuniam, quia fasciolas is mihi vendidit. — Cur non bibis? — Non bibo, quia non sitio. — Cur colligis hanc tæniam? — Eam colligo, quia mihi opus est ea. — Cur huic homini pecuniam das mutuam? — Mutuam ei do pecuniam, quia opus ei est (pecunia). — Quamobrem studet frater tuus? — Studet, quod latinas vult litteras discere. — Sitisne? — Non sitio, quoniam bibi. — Jamne consobrinus tuus bibit? — Nondum, non enim adhuc sitit.

117.

Ubi habitat pater tuus? — Apud amicum suum habitat. — Ubi habitant fratres tui? — In vico magno habitant, numero centesimo et vicesimo. — Habitasne apud consobrinum tuum? — Habit o apud eum (in domo sua). — Habitasne adhuc (ibi), ubi habitavisti? — Adhuc habit o illic. — Habit atne adhuc amicus tuus, ubi habitavit? — Jam non habitat, ubi habitavit. — Ubi nunc habitat? — Habitat in via scelerata, numero centesimo et quintodecimo. — Ubi est frater tuus? — In horto est. — Quo ivit consobrinus tuus? — In hortum ivit. — Ivistine heri spectatum ludos? — Ivi (illuc). — Vidistine amicum meum? — Vidi cum. — Quando vidisti eum? — Hodie mane vidi eum. — Quo ivit? — Nescio. — Detersitne scopula puer vestes meas? — Detersit eas (scopula). — Verritne conclave meum? — Id verrit. — Quousque ibi mansit? — Usque ad meridiem. — Quousque seripsisti? — Scripsi usque ad medianam noctem. — Quousque laboravi? — Laborasti usque ad quartam horam matutinam. — Quousque frater meus domi commoratus est apud te?

Usque ad vesperam ibi commoratus est. — Quousque tu laborasti? — Usque ad id tempus ego laboravi. — Estne tibi adhuc diu scribendum? — Mihi est scribendum usque ad (*ou in*) perendinum diem (usque perendie). — Estne medico adhuc diu (diu amplius) laborandum? — Usque ad posterum diem (usque postridie) laborandum ei est. — Mene oportet hic diu manere (1)? — Ibi commorandum est tibi usque ad dominicam diem. — Fratrine meo diu commorandum est apud te? — Ibi commorandum ei est usque ad lunæ diem. — Quousque mihi est laborandum? — Laborandum tibi est usque perendie (usque ad (*ou in*) perendinum diem). — Tibine diu amplius est loquendum? — Unam etiam horam mihi loquendum est (ego sum locuturus). — Diune es locutus? — Usque ad posterum diem locutus sum. — Diune mansisti in conclavi meo? — Usque ad id tempus illic mansi. — Diune adhuc commoratus es in hac domo? — Diu adhuc ibi commoratus sum. — Quousque ibi es commoratus? — Usque ad dominicam diem.

118.

Num amicus tuus apud te adhuc habitat? — Jam non habitat apud me. — Quandiu habitavit apud te? — Unum tantum annum habitavit apud me. — Quousque mansisti in chorea? — Usque ad medium noctem ibi mansi. — Quandiu in rheda mansisti? — Horam (unam) in ea mansi. — Mansistine usque adhuc in horto? — Usque adhuc ibi mansi. — Venitne huc usque centurio? — Huc usque venit. — Quousque venit mercator? — Usque ad extremam semitam venit. — Venitne Turca usque ad ultimam silvam? — Illuc usque venit. — Quid agis mane (matutino tempore)? — Lego. — Et quid tum agis? — Jento atque laboreo. — Jentasne antequam legis? — Non (*ou minime*), domine, lego priusquam jento. — Tibine mos est ludendi (2), quum laborare debes? — Mos mihi est laborandi, quum ludere possum. — Itne frater tuus spectatum ludos, quum in hortum ire debet? — Is non it spectatum ludos. — Quid agis vespere? — Tunc

(1) Mas adelante dirémos con el subjuntivo: *Num oportet hic diu (ego ut) maneam*, con ó sin *ut*, que de ordinario se omite despues de *oportet*, pero da mas fuerza á la cuestion y sirve tambien para hacerla exclamativa.

(2) *Tibine mos est ludendi?* significa: ¿tiene V. la costumbre de jugar? ¿mientras que *tibine ludere mos est?* ¿es costumbre de V. de jugar? La diferencia que existe entre las dos construcciones es la misma que en castellano.

laboro. — Quid egisti hodie vesperi? — Vests detersi scopula tuas et ivi in theatrum. — Mansistine diu in theatro? — Minutas tantum aliquot ibi mansi. — Visne hic manere? — Quousque mihi manendum est? — Manendum tibi est, dum pater redit meus (usque ad patris mei reditum) (1). — Venitne aliquis? — Quidam venit homo. — Quid voluit? — Tuum loqui voluit. — Noluitne is manere? — Noluit (manere). — Quid tu huic homini dicis? — Manere eum jubeo (2). — Mene diu exspectasti? — Horam (unam) exspectavi te. — Potuistine litteras meas legere? — Potui (eas legere). — Intellexistine eas? — Intellexi eas. — Num eas tu cuipiam ostendisti? — Ne eas cuiquam ostendi (Nemini ostendi eas) (3). — Num vestes meae allatae fuerunt? — Nondum sunt allatae. — Meumne conclave verrerunt deterseruntque scopula vestes meas? — Utrumque fecerunt (*ou factum est*). — Quid dictum fuit? — Nihil fuit dictum. — Quid actum fuit? — Nihil actum fuit. — Appellavitne fraterculus tuus litteras? — Noluit appellare litteras. — Voluitne mercatoris puer laborare? — Noluit. — Quid voluit facere? — Nihil facere voluit.

119.

Potuitne sutor sarcire ocreas meas? — Nondum potuit, mox eas sarciturus est. — Cur non potuit eas sarcire? — Quia tempus ei non fuit. — Num potuerunt inveniri aureae meae fibulæ? — Non potuerunt inveniri. — Cur sartor non resarsit vestem meam? — Quia bonum filum ei non est. — Cur canem

(1) Podria decirse tambien: *Dum pater meus redeat*, con subjuntivo. En latin *dum* (ó *donec*) con indicativo significa *mientras que, hasta el momento en qué*, y por consiguiente la accion está enunciada por el verbo como cierta y por decirse así presente, actual, en tanto que, enunciandola el subjuntivo como futura, y de consiguiente mas ó menos eventual, esto es, condicional, la significacion de *dum* (ó *donec*) se hace condicional: *hasta que ó con tal que*, segun las circunstancias. En latin el modo del verbo es el que cambia la significacion de la conjucion, como se verá mas tarde.

(2) Mas tarde podrá decirse tambien *jubeo (ut) maneat*, pero *jubeo eum manere* es mas suave y significa tambien le convido á que espere.

(3) *Ne*, en conversacion, se usa tambien en lugar de *non*, en especial con palabra restrictiva, ej.: *ne quidem, ni aun*, cuando el sentido repulsivo ó preventivo de esta negacion es compatible con la voz sobre la cual recae.

tu verberavisti (verberasti) ? — Quia me momordit. — Quid est, quod (ou cur) tu non bibis ? — Quia ego non sitio. — Quid voluerunt dicere ? — Nihil voluerunt dicere. — Quid dicitur novi in macello ? — Nihil ibi dicitur novi. — Volueruntne quemdam hominem interficere ? — Neminem voluerunt interficere. — Numquid dictum est novi ? — Nihil novi dictum est. — Estne sermo de bello, quod gerendum est (quod habituri sumus) ? — Sermo de eo nullus est. — Moxne id (bellum) gerendum est (habituri sunt) ? — Mox id habituri sunt (mox gerendum est). — Jamne sunt milites profecti ? — Sunt profecti; exercitus in itinere est. — Quis dux est (ou quis imperat) ? — Non opus est duce. — Cur non est opus duce ? — Ipse dicit exercitum rex (rex is est, qui dicit). — Recipiuntne hispanici nummi ? — Non recipiuntur. — Quinam nummi recipiuntur ? — Gallici modo recipiuntur nummi (nulli, nisi gallici recipiuntur nummi). — Nolueruntne nummos eos recipere, quos habes ? — Noluerunt eos recipere. — Visne hos mihi dare ? Alios tibi pro istis daturus sum. — Pacemne habituri sumus ? — Dicitur eam nos habituros esse. — Estne de ea sermo multus ? — Multus de ea sermo est. — Qui (quomodo) detersisti calceos tuos ? — Eos dedi detergendos, et qui (quomodo) eos deterserunt (plus tard: deterserint, subjonctif), nescio.

120.

Quando rus iturus es ? — Perendie (ou in perendinum) iturus sum illuc. — Isne rus (in) æstate ? — Æstate et hieme eo illuc. — Commorarisme ibi totam biemem ? — Totam æstatem ibi commoror, hieme autem eo et redeo. — Empturus es domum quam ? — Gras unam empturus sum. — Proficisciturne frater tuus Mercurii die ? — Postero vel perendio die proficiscitur. — Quando arcessiturus es ducem ? — Perendie eum arcessiturus sum. — Quota hora exis ? — Hora septima exeo. — Mansistine usque mane in horto ? — Mansi ibi, donec (ou quoad usque) fores aperuerunt. — Diune abfuisti ? — Horas abfui duas. — Hicciñe tu mansurus es ? — Commoraturus ibi sum dies aliquot. — Cur stas ? — Quia mihi sella non est ad assidendum (1). — Iturusne es Loudinum ? — Non, imo vero Romam sum iturus. — Facisne iter noctu ? — Interdiu iter facio. — Ubinam noctu diversaris ? — Apud cauponem (in diversorio) maneo. — Extersistine

(1) Mas tarde, al servirnos del subjuntivo, expresarémos un vísco de mas, en sentarme, que yo me siente, á donde sentarme, á donde yo pueda (ó pudiera) sentarme, quo assidam, ubi assidam, in quam assidam, in qua assidam.

mensam? — Extersi eam. — Qui (quomodo)? — Hocce mantili. — Nonne hoc illud est mantile, quo manus extergentur? — Aliud inveni nullum. — Ubi est scopula? — Nescio quo puer posuit eam (*ou* ubi posita fuit a servo). — Adestne puer? — Abest, descendit in viam. — Quid facturus est in via? — Nihil ibi est facturus. — Quamobrem illuc descendit? — Quia ei collibitum est (libet, gratum est, voluptati est). — Omniae, quæ nos delectant, facere debemus? — Id faciendum est, quod utile est. — Celeriusculene locutus sum (1)? — Celeriuscule locutus es, atque hæsistis. — Accipitumne fuit donum tuum? — Noluerunt id accipere. — Vidistine equum eum, quem ego emi? — Non vidi, de auditu tantum novi cum. — Ecquis est sermo de eo? — De nulla re, nisi de tuo equo sermo est. — Quid autem de eo dicitur? — Dicitur eum esse pulchrum, sed nimio constare pretio.

121.

Num quid tibi subreptum fuit? — Bonum vinum omne mihi subreptum fuit. — Numquid patri tuo subreptum fuit? — Omnes ejus boni libri ei subrepti fuerunt. — Numquid subripis? — Nihil subripio. — Num quid unquam subripuisti? — Nihil unquam (quidquam) subripui. — Tibine mala tua subrepta fuerunt? — Subrepta mihi fuerunt. — Quidnam mihi subreptum fuit? — Boni libri omnes tibi subrepti fuerunt. — Quando fuit tibi rheda subrepta? — Nudiustertius mihi subrepta fuit. — Nobisne unquam aliquod furtum factum est? — Nunquam quodquam nobis furtum factum est. — Bibitne faber tignarius vinum omne? — Bibit illud. — Laceravitne puerulus tuus omnes suos libros? — Omnes laceravit. — Cur laceravit eos? — Quia studere non vult. — Ivistisne rus cuncti? — Cuncti ivimus; nemo mansit domi. — Quando venturi estis ad me (domum meam)? — Cras cuncti sumus exituri; perendie non possumus. — Cur non potestis? — Pater meus peregre proficiscitur. — Quonam ei est in animo ire (quonam cogitat ire)? — Romam cogitat (ire), prius autem Lugdunum pergit. — Ecquem novisti Lugduni? — Neminem ibi novi. — Quota hora proficiscitur pater tuus? — Primo mane. — Ubi est digitale tuum? — Nescio. — Num id perdidisti? — Quæsivi in toto conclavi neque id inveni — Quæsiistin' (quæsivitine) usque in angulis? — Quæsivi usque in obscuro hoc

---

(1) *Celeriuscule*, algo demasiado aprisa, ménos usado como forma diminutiva que como forma con terminacion adverbial mas caracterizada que *celerius*.

angulo. — Visne usque ad domum meam venire? — Aliquid habeo, quod tibi ostendere volo. — Nonne is est gladius, qui tibi donatus fuit? — Ita. — Vidi (eum), jam mihi eum ostendisti. — Quis egreditur e domo mea? — Non novi hominem eum, qui exit e domo tua. — Quid humo collegisti? — Gemmam collegi. — Tu scis cuja gemma haec est (1)? — Id ego scio, meam esse (eam) aut fratriis mei. — Fratrine tuo gemma est tam pulchra? — Per multas ille habet. — Quantum perdidisti in alea? — Pecuniam meam omnem perdidii. — Tu scis, ubi pater meus est (2)? — Clam me id est (Nescio). — Nonne vidisti librum meum? — Non vidi eum. — Quomodo scribitur hoc vocabulum? — Sic (hoc modo) scribitur. — Potesne id exprimere? — Nequeo id exprimere. — Num difficile est expressu? — Nihil minus (ou non), sed necesse est id audivisse, ad id recte exprimendum (3). — Num quid tingis? — Pileum meum tingo. — Quo colore tingis eum? — Nigro (colore) tingo eum. — Quo colore tingitis vestes vestras? — Croceo (colore) tingimus eas.

122.

Jubesne arcam tuam tingi? — Jubeo eam tingi. — Quo colore jubes eam tingi? — Viridi jubeo eam tingi. — Quo colore curas tibialia tua linea tingenda? — Roseo ea curo tingenda. — Datne consobrinus tuus fasciolam suam tingendam? — Eam dat tingendam. — Rubrone jubet eam tingi (colore)? — Cinereo jubet eam tingi. — Quo colore amici tui vestes suas tingendas curaverant? — Viridi eas (colore) curaverunt tingendas. — Quo colore Itali jussérunt rhedas suas tingi? — Cæruleo eas tingi (colore) jussérunt. — Qualem

---

(1) *Tu scis cujus gemma haec sit?* con el subjuntivo respondería al español: ¿Sabe V. de quien pueda ser esta joya? visto diferente que el subjuntivo expresa de sí mismo (condicional).

(2) *Tu scis ubi pater meus sit?* con el subjuntivo, significaría: ¿Sabes donde pueda estar mi padre? Así pues en la lección: *ecquid scis, in quanto mœrore sim?* significaría: ¿Sabe V. cual pueda ser la extensión de mi pesar? mientras que con *sum*, es la extensión en que mi pesar está.

(3) Puede decirse tambien: *Recte id exprimendi gratia* (6) *causa*; y mas tarde, con el subjuntivo, podrá decirse: *id ut recet exprimam, as, at, amus, alis, ant* (según la persona del singular, ó plural), *necesse est, me, te, eum, nos, vos, eos id audivisse*, ó en general: *recte ut quis i.l exprimat, necesse est id ipsum audivisse* (ó *ut id ipse audiverit*).

petasum habet patricius? — Duos habet petasos, album unum, alterum autem nigrum. — Mihine est petasus? — Tibi sunt complures. — Jamne tinctor tuus collicæsitium tinxit tuum? — Id tinxit. — Quo colore id tinxit? — Croceo (colore) id tinxit. — Peregrinarisne aliquando? — Sæpe peregrinor. — Quo cogitas ire hacce æstate? — Cogito ire in Germaniam. — Nonne is in Italiam? — Eo illuc. — Num tu interdum peregrinatus es? — Nunquam peregrinatus sum. — Cogitantne amici tui ire in Bataviam? — Cogitant ire illuc. — Quando cogitant proficisci? — Perendie cogitant proficisci. — Jamne ivit frater tuus in Hispaniam? — Nondum i it illuc. — Fecistine iter in Hispania? — Diu ibi iter feci. — Quid proficisceris? — Cras proficiscor. — Quota hora? — Quinta hora matutina. — Trivistine ocreas tuas omnes? — Omnes trivi. — Quid Turcæ fecerunt? — Gremaverunt onas naves nostras omnes.

123.

Perscripsistine omnes epistolas tuas? — Omnes perscripsi. — Quousque ivisti? — Usque in Germaniam ivi. — Ivitne ille usque in Italiam? — Ivit usque in Americam. — Quousque iverunt Hispani? — Londinum usque iverunt. — Quousque venit pauper ille homo? — Huc usque venit. — Commoratus, es Londini complures dics? — Octo vel decem aës ibi commoratus sum. — Fuistine Lutetiæ hocce anno? — Non ibi fui, at Vindobonæ atque Athenis fui. — Fuistine frater Ius Corinthi? — (E) Corintho et Sicyone venit. — Quid patri tuo manet? — Ei quinquagena bina sestertia manent. — Laboravitne puer tuus? — Nihil fecit. — Id scit, quod ipsum manet (1)? — Scit, neque egreditur e conclave suo. — Quid vidisti in Græcia? — Græcos vidi et ruinas. — Quid emisti Lutetiæ? — Gemmas emi et tabulas pictas. — Num multa inveniuntur Lutetiæ? — Quæ vis, omnia ibi inveniuntur. — At nonne ea emere necesse est? — Quum ea vis habere, emere necesse est. — Tibine sunt gallici nummi? — Hispanici et britannici nummi mihi sunt. — Quodnam hoc est vocabulum (quæ est hæc vox)? — Latinum est (latina est vox). — Isne venit usque ad domum tuam (ad te)? — Usque ad patris (mei) domum venit.

---

(1) Con el subjuntivo y la forma interrogativa del pronombre relativo (*quid*): *Scit quid ipsum maneat?* se diria lo mismo, y seria la estructura llamada cuestión indirecta, como mas tarde se verá; pero el enunciado del indicativo es positivo, el del subjuntivo seria solamente eventual.

## 121.

Habesne omnia, quæ tibi opus sunt? — Mihi opus est calamo. — Visne mihi unum dare? — Nonne tuum reperire potes? — Quæsivi eum, sed non reperi. — Quomodo aperitur hic liber? — Aperitur eodem modo, quo libri omnes. — Quomodo ponitur hic petasus? — In summum caput (ou summo capite) ponitur. — Quomodo hæret capiti? — Tæniis hæret. — Ad quam rem tu me hortaris? — Ego te hortor ad laborandum (1). — Me hortati sunt ad exeundum. — Exi- turus es postquam laboravisti. — Visne tibi lac afferri? — Lac milsi nocet. — Legisne facile latinum sermonem? — Incipio eum legere paululum, sed nondum sum peritus. — Intel- ligisne græce? — Intelligere nequeo, græce nunquam sum locutus. — Hiccine idem est homo, quem ego heri vidi apud patrem tuum? — Idem est. — Fessusne es? — Sum. — Num huic puerulo tardum est ingenium? — Acerrimum ei inge- nium est, et facile discit (ou eruditur). — Tibine crura sunt longa? — Vides ea non esse longa. — Suntne tibi boni den- tes? — Sunt mihi mediocriter (ou admodum) boni. — Num ei pedes sunt magni? — Minimi sunt ei pedes. — Cur non salutas (salyvere jubes) amicum tuum? — Non videt me. — Nonne potes eum appellare? — Nequit audire me. — Quoniam is? — Eo salutatum matrem tuam. — Foris ea est. — Quando ea exiit? — Hodie mane exiit.

## 125.

Mene vocas? — Te voco (appello). — Ubi es? — In monte sum, supra caput tuum. — Ascendisne? — Non ascendo. — Ubi es? — Infra sum. — Esne omnino infra? — In radici- bus montis sum. — Visne descendere? — Nequeo descen- dere. — Cur non quis descendere? — Quia pedes militi dolent. — Ubi habitat consobrinus tuus? — Cis flumen habi- tat. — Ubi est mons? — Ultra flumen est. — Ubi est amici nostri domus? — Ultra montem est. — Estne amici vestri hortus citra an ultra silvam? — Ultra est. — Nonne est ta- berna nostra trans viam? — Citra est. — Ubi fuisti hodie mane? — In magno monte fui. — Quoties montem ascen- disti? — Ter eum ascendi. — Infrae an supra est pater tuus? — Supra est. — Tibine libros tuos reddiderunt vicini

(1) Puede decirse tambien: *te hortor ad laborem*. Mas adelante podrémos decir: *te hortor ut labores*, con el subjuntivo que expresa dirección impulsiva en razón de su fuerza imperativa. Mas lejos: *me hortati sunt ut exirem*, con correspondencia de los tiempos, como en castellano, ellos me exhortaron a que saliese.

pueri? — Mihi eos reddiderunt. — Quando tibi eos reddiderunt? — Heri mihi eos reddiderunt. — Cuinam donavisti baculum tuum? — Patricio donavi eum. — Cuinam largiti sunt patricii manicas suas? — Britannis quibusdam eas sunt largiti. — Quibusnam Britannis largiti sunt eas? — Iis, quos tu hodie mane apud me vidisti. — Quibusnam hominibus donas pecuniam? — Non quibuslibet, sed iis dono pecuniam quibus tu donas. — Dasne alicui pecuniam? — Pecuniam iis do, quibus ea opus est; at frater meus quibuslibet dat, qui eam habere volunt. — Quibusnam pueris dat pater tuus placentas? — Non quibuslibet, sed iis, qui frugi sunt, placentas dat.

126.

Accepistine dona? — Accepi (dona). — Qualia munera accepisti? — Pulchra dona accepi. — Accepitne donum quid fraterculus tuus? — Plura accepit. — A quibusnam accepit (dona)? — A meo tuoque patre accepit (dona). — Num tu ex horto venis(1)? — Non ex horto, sed (e) domo venio. — Quonam is? — In hortum eo. — Unde venit Hibernus? — Ex horto venit. — Venitne ex horto eodem, ex quo tu venis? — Non ex eodem venit. — E quonam horto venit? — Ex amici veteris nostri horto venit. — Unde venit puer tuus? — A Iudis venit. — Quanti stat hæc rheda? — Quinis sestertiis (quinque millibus nummum) stat. — Num hic liber tanti est, quanti ille? — Pluris est, alter minoris est, quam liber quilibet. — Quanti est equus meus? — Tanti est, quanti amici tui equus. — Num dominus tuæ tanti sunt, quanti Gallorum domus? — Non tanti sunt. — Quanti est hie culter? — Nullius est pretii. — Num habes alium quem? — Tibi quemlibet cultrum daturus sum. — Quilibet culter bonus est satis, hic non secat. — Num famulus tuus tanti est, quanti meus? — Pluris est quam tuus. — Num tanti es, quanti frater tuus? — Melior est is, quam ego. — Tantine es, quanti consobrinus tuus? — Tanti sum, quanti ille (Æque ego sum bonus atque ille). — Tantine sumus, quanti vicini nostri? — Non meliores sumus; quam illi. — Tantine constat (est) pluviale tuum, quanti meum? — Non tanji est (constat). — Cur non tanti est, quanti meum? — Quia non æque pulchrum est, ac tuum. — Visne tuum equum vendere? — Volo vendere eum. — Quanti est (stat)? — Binis stat sestertiis (duobus est

(1) *Ex* aquí en lugar de *ab*, para denotar que es un sitio cerrado ó deslindado, esto es, que hay una salida al paso que provenencia.

millibus nummum); visne emere eum? — Jam emi uuum.  
— Estne patri tuo in animo emere equum? — Cogitat unum  
emere, at non tuum.

127.

Quota hora cœpisti legere? — Hora secunda legere cœpi.  
— Quota hora desiisti? — Hora secunda et dimidia desii.  
— Num domus pingi (*ou* dealbari) cœpta est? — Heri cœpta  
est pingi (dealbari). — Quando amici tui domus cremata fuit?  
— Non fuit cremata. — Quando voluerunt eam cremare? —  
Heri voluerunt eam cremare. — Quonam modo id factum  
est? — Quando (*ou* ut) illucere cœpit, plebs venit. — Et quid  
egit plebs? — Ignem ei injicere cœpit. — Visne mihi has pic-  
turas vendere? — Quasnam picturas? — Eas, quæ supra  
horologium sunt. — Eas tibi vendere non possum, sed tibi  
licet eas sumere, videndi gratia. — Possumne has ego nunc  
sumere? — Licet, sed sumendæ sunt leniter. — Potesne ta-  
bulam deducere ad te? — Habeo eam. — Oportet te eam  
amittere, eam sumpturus sum. — Visne usque ad lacum as-  
cendere? — Usque ad castellum ascendendi sum cupidus.  
— Ubi est arx? — Supra urbem (in summa urbis parte) est  
(sita). — Nonne milites munerari oportet, qui nobis eam os-  
tendent? — Dux vetuit munerari eos. — Quid tibi soror (tua)  
dono dedit? — Egregium admodum collicæsitum mihi mu-  
nere dedit. — Cuinam hanc tu impertis salutem? — Huic  
(homini), qui cum muliere tua loquitur. — Cur me salutas  
(salvere jubes)? — Quia mane sumus (*ou* est). — Nonne meri-  
ties est cum hora dimidia? — Si meridie serius est (*ou* serius  
est, quam meridies), tum tibi dico vale.

128.

Quanti hoc? — Vicens sestertiis (viginti millibus nummum).  
— Nonne minore potest haberi pretio? — Minore nequeo id  
dare. — Visne mihi hunc petasum quadraginta sestertiis  
dare? — Non possum, octoginta constat. — Num magni est  
haec gemma? — Parvi haec est pretii gemma. — Num magni  
facis hunc hominem? — Magni eum facio, sed pluris etiam  
facio patrem ejus. — Quanti credis hunc fundum esse (1)?

---

(1) Es el subjuntivo latino que corresponde á la construc-  
cion española *valga* ó *pueda valer*, *quanti credis*, *ut hic fundus  
sit*; en este caso, empero, el infinitivo es preferido, mientras que  
en la respuesta se diria muy bien: *posible es que valga tres ó*

— Ternis vel quaternis sestertiis (tribus vel quatuor millibus nummum) esse potest. — Et quanti venit? — Vicenis novenis (novem et viginti millibus) volunt eum vendere. — Num opus ejus magni est? — Male de eo dicitur (*ou loquuntur*), sed puto melius id opinione esse (*ou id pluris esse, quam credunt*). — Tibine idem est patronus, atque mihi (*ou qui mihi*)? — Non, mihi vero patronus est diligentior, quam peritior. — Nostin' patronum meum? — Fama novi eum. — Quenam est ejus fama? — Dicitur eum esse pecuniae cupidiorem, quam clientium. — At nonne dicitur eum esse doc-tum? — Eloquens etiam habetur — Quanti tibi constitit rheda tua? — Plus quam septenis sestertiis (septem millibus nummum) mihi constituit. — Num eam nimis magno emi? — Parvo eam habuisti; per pulchra est; pulcherrima est rheda, quam ego unquam vidi (1). — Num recte vales (*ou Valesne*)? — Recte usque valui. — Nunquam ægrotas? — Nunquam æger sum. — Visne caput nudare (tuum) (*Visne petasum tuum detrahere*)? — Non licet mihi caput aperire. — Oportetne vestem me exuere (*meam*)? — Non oportet eam exuere (2). — Movetne tibi dolorem calceus tuus? — Dolorem mihi facit. — Cur æstuas? — Quia celeriter veni. — Visne, quiescendi causa, latine loqui? — Libenter (*id*) volo. — Cur vestem non exuis (*tuam*)? — Quoties vestem exuo, id mihi nocet. — Potesne mihi ostendere (*id*), quod fecisti? — Hoc te moneo, manum (*in scriptura*) mihi non esse pulchram. — Legine potest? — Potest legi. — Tum licet tibi laborem tuum mihi ostendere; hoc est mihi satis. — Num scite scribit frater

---

cuatro mil sextercios, *potest esse, ut tribus vel quatuor millibus sit nummum.*

(1) Diriase tambien en latin : *pulcherrima est rheda, quam ego unquam viderim.* Pero puede usarse igualmente tambien del indicativo en latin ; el uso del subjuntivo añade á la expresion un viso de duda que la hace ménos afirmativa y presenta la idea del hecho, en vez de dar este hecho como positivo ; es por esto tambien una forma de reticencia, de modestia, de urbanidad.

(2) En vez del pronombre en accusativo con el infinitivo, podremos tambien servirnos mas tarde del subjuntivo con *ut*, como ya lo hemos visto en las notas anteriores, *oportetne vestem ut exuam meam?* Tocante á *oportetne eam exuere*, es una forma general é impersonal, que puede aplicarse á la persona á quien se habla, sin que haya necesidad de designarla expresamente ; pero, entonces, la aplicacion no debe ser dudosa.

tuus? — Perpulchre scribit (scitissime scribit), at litteræ ejus nimis sunt minutæ.

129.

Fuistine apud medicum? — Fui apud eum. — Quid dicit? — Dicit se venire non posse. — Cur filium non mittit (suum)? — Non exit filius ejus. — Cur non exit? — Quia æger est. — Habuistine crumenam meam? — Tibi dico, eam me non habuisse. — Vidistine eam? — Vidi (eam). — Ubi est? — In sella jacet. — Habuistine cultrum meum? — Dico tibi, eum me habuisse. — Quo eum posuisti? — In mensam posui eum. — Visne eum quærere? — Jam quæsivi eum. — Reperistine eum? — Non reperi eum. — Quæsiviste manicas meas? — Quæsivi eas, sed non reperi. — Habetne petasum meum servus tuus? — Habuit, sed jam non habet eum. — Eumne detersit scopula? — Detersit eum scopula. — Suntne libri mei in (super) mensa tua (positi)? — Ibi sunt (positi). — Habesne paululum vini? — Haud multum habeo, sed quod habeo, tibi daturus sum. — Visne paululum aquæ mihi dare? — Tibi sum datus. — Potesne mihi multum dare? — Non plus possum tibi dare, quam ego habeo. — Quam plurimum tibi datus sum. — Habesne vinum? — Habeo. — Ecquid vis mihi dare? — Non nihil tibi datus sum.

130.

Quantum tibi ego debo? — Nihil tu mihi debes. — Nimis es benignus. — Num oportet vinum arcessere? — Necesse est arcessere (vinum). — Mene oportet in choream ire? — Necesse est te illuc ire. — Quando mihi eundum est (illuc)? — Hodie vespere eundum tibi est (illuc). — Arcessendusne est faber/ tignarius? — Arcessendus est quam maturissime (ou maturime). — Num est necesse ire in macellum? — Necesse est ire (illuc). — Quid est faciendum, russice discendi causa? — Multum necesse est studere (Multo studio opus est). — Num est necesse quam maxime (ou plurimum) legere? — Quam maxime legendum, scribendum et loquendum est. — Num studendum est multum (multo est opus studio) ad litteras latinas discendas? — Multum est studendum (multo est opus studio). — Quid mihi faciendum est? — Liber tibi bonus emendus est. — Quid ei faciendum est? — Necesse est eum sedere quietum. — Quid nobis est opus facere? — Laborare vobis opus est. — Tibine necesse est laborare multum, discendi causa litteras arabicas? — Multum laborare mihi est opus, ad eas discendas. — Nonne frater tuus laborat? — Non

opus est ei laborare. — Estne ei in sumptum? — Est ei. — Cur mihi eundum est in macellum? — Tibi est eundum illuc ad bubulam emendam. — Cur mihi laborandum est? — Tibi est laborandum habendi causa victum et vestitum.

131.

Quid tibi opus est, domine? — Panno mihi opus est. — Quantus est hic petasus? — Viginti stat denariis. — Tibine tibialibus opus est? — Opus est mibi. — Quantus sunt haec tibialia? — Duodecim stant sestertiis. — Ræccine sunt omnia, quæ tibi opus sunt? — Omnia (sunt). — Nonne tibi calceis opus est? — Non opus est mihi. — Tibine multa pecunia opus est? — Multa mihi opus est. — Quantus eges? — Sexcenis ego sestertiis. — Quantus eget frater tuus? — Denarium millibus decem tantum eget. — Nihilne aliud ei opus est? — Nihil aliud ei opus est. — Nonne ei plus opus est? — Plus ei non opus est. — Egetne pluris consobrinus tuus? — Non tanti eget ille, quantus ego. — Quid tibi opus est? — Pecunia mibi et ocreæ opus sunt. — Num habes nunc (ea), quæ tibi opus sunt? — Habeo (ea), quæ mihi opus sunt. — Habetne frater tuus eas res, quibus sibi opus est? — Habet eas, quibus sibi opus est. — Tibine facit satis? — Quam maxime mihi satis facit. — Num celeriter scribit? — Celerius scribit, quam nos omnes, quam qui nostrum celerrime (scribit). — Estne difficile in hanc arborrem ascendere? — Quam difficillimum est. — Fui in horto, ut jussi (ut tibi dixi)? — Horam unam ibi fui. — Quid est, quod hic ades? — Credidi te mei indigere. — Estne iustus, quod sibi librum tu emisti? — Adhuc est tristis, quod pluviale (suum) perdidit. — Nonne is rus? — Nihil aliud aveo, quam ire illuc. — Factumne (id) fuit, quod dux jussit (imperavit)? — Factum (fuit). — Dictumne (id) est, quod dicendum fuit? — Omnia, quæ dicenda fuere, dicta sunt. — Meministin' amicum tuum (ou amici tui)? — Memini eum (ou ejus). — Meministine (id), quod is tibi dixit? — Non memini (id).

132.

Meministin' id te mihi heri dixisse? — Memini me hoc tibi dixisse. — Meministin' agrum quo pueri lusum eunt? — Eum adhuc video. — Meministine te dicere, eum nimis esse parvum? — Non memini hoc me dixisse. — Nonne amplius jam tibi memoria est? — Hoc ego non memini, sed memoria mihi est. — Putasne hunc vervecem a pastore imperfectum fuisse? — Non puto eum ab illo imperfectum fuisse. — Credisne eum a lupo imperfectam fuisse? — Sic eum credo fuisse

interfectum. — Num est necesse scribere? — Necesse est scribere et loqui. — Num necesse est milites frumentatum ire? — Si dux jussit (*imperavit, dixit*), (*hoc*) necesse est. — Num arma secum sumere necesse est, illuc eundi causa? — Necesse est arma sumere secum. — Quid faciendi causa? — Pugnandi causa cum hoste. — Credisne nos hostes in itinere (*esse*) reperituros (*credisne hostes a nobis in itinere reperitum iri?*)? — Hoc fieri (*evenire*) potest. — Isne æger est? — Ægrotat, quia victu se privavit. — Cur genium defraudavit suum? — Pauperibus largiendi causa. — Visne bubulam an ovinam me tibi (*carnem*) emere? — Vitulinam aveo aut ovinam habere. — Nonne vis olus? — Si tu mihi vis emere, hodie mercatus est (*ou habetur*). — Opusne ei est hic manere? — Opus ei est sedere quietum, nequit exire, æger est. — Cur æger est? — Non fuit ruri, ut (*ou uti*) debuit. — Nonne ego amicum tuum benigne excepti, quum advenit (*hic venit*)? — Fessus admodum esse debuisti, quum ille profectus est (*abiit*). — Num potui id minus diligenter facere, quod feci? — Potuisti filium tuum jubere, domum illi monstrare (1), et quietum in conclavi (*tuo*) manere. — Non, sic agere debui, officium fuit meum.

133.

Quidnam tu vis hortulano dicere? — Jubere eum volo, consobrinum arcassere meum, qui est apud sacerum suum (2). — Amisistine fasciolam tuam? — Quot famulos habet patricius? — Quinquaginta habet. — Scisne gallice? — Nescio gallice, britannice vero scio. — Scisne emere? — Non sum peritus emendi. — Num scit frater tuus pingere? — Peritissimus est pingendi. — Quid jam pinxit? — Domum patris mei pinxit et horti partem. — Quid tibi est in animo? — Mihi est in animo focum facere et manere domi. — Quomodo te exceptit vicinus tuus? — Perbenigne me exceptit. — Fuistine apud senatorem? — Apud eum non admittor. — Nonne admitteris apud patricios? — In nonnullorum domos admittor. — Acceptistine pecuniam tuam? — Hodie vespere mihi affertur. — Ubi accepisti hunc sestertium? — Apud mercatorem accepi eum. — Uter puerorum istorum apud te priores habet (par-

(1) Mas tarde, para evitar esta continuación de infinitivos, podríamos usar del subjuntivo para expresar la impulsión, en razón de su fuerza imperativa, y decir : *potuisti filium jubere, domum illi ut monstraret, et quietum in conclavi manere.*

(2) *Socer, saceri*, m., suegro, padre de su mujer; marido de su madre se dice : *vitricus, i.*, m.

tes)? — Is habet apud me priores, qui diligentior (sedulior) est. — Num primæ filio tuo partes datæ sunt? — Noluerunt eum recipere.

134.

Habemusne (id), quod nobis opus est? — Non (id) habemus, quod nobis opus est. — Quid opus est nobis? — Opus est nobis pulchra domo (pulchris ædibus), magno horto, pulchra rheda, bellis equis, compluribus famulis, multaque pecunia. — Nihilne amplius nobis opus est? — Nihil amplius opus est nobis. — Quid mihi opus est facere? — Tibi opus est epistolam scribere. — Ad quemnam est mihi opus scribere? — Opus tibi est scribere ad amicum tuum. — Mihine opus est ire in macellum? — Potes ire (illuc). — Visne patri tuo dicere, me hic eum manere? — Id ei dicturus sum. — Quidnam vis patri meo dicere? — Ei dicturus sum, te hic eum manere. — Quidnam vis tu servo meo dicere? — Ei dicturus sum litteras tuas te perscripsisse. — Solvistine mensam tuam? — Solvi (eam). — Solvitne librum patruus tuus? — Solvit (eum). — Solvime ego sartori vestes? — Eas illi solvisti. — Solvistine mercatori prò equo? — Nondum ei solvi (pro illo). — Solvimusne manicas nostras? — Solvimus (eas). — Jamne solvit consobrinus tuus ocreas suas? — Nondum solvit eas. — Solvitne (tibi) frater (meus), quod tibi debet? — Solvit (mihi).

135.

Solvisne (id), quod debes? — Solvo (id), quod debo. — Solvistine pistori? — Solvi ei. — Solvitne carnem lanio patruus tuus? — Solvit ei (illam). — Solvistine mercedem servo tuo? — Solvi ei (illam). — Tibine herus tuus mercedem solvit? — Solvit mihi (eam). — Quando tibi solvit (illam)? — Nudiustertius solvit mihi (illam). — Quid poscis ab hoc homine? — Librum posco meum (ab eo). — Quid me rogat hic puer? — Pecuniam a te petit. — Numquid me rogas? — Scutum (unum) a te peto. — Panemne me rogas? — Eum a te postulo. — Tene pauperes rogant pecuniam? — Rogant me (pecuniam). — Quem virum rogas tu pecuniam? — Eum ego rogo, a quo tu pecuniam poscis. — A quibusnam mercatoribus petis manicas? — Manicas ab iis peto, qui in via triumphali habitant. — A quo fabro lignario petis sellas? — Ab illo, quem tu novisti, pelo sellas. — Quid postulas a pistore? — Panem posco (ab eo). — Num petis carnem a laniis? — Peto carnem ab eis. — Mene baculum rogas? — Eum te rogo. — Tene is librum rogat? — Eum me rogar. — Quid

postulasti a Britanno? — Arcam poposci meam scorteam  
(ab eo).

136.

A quo petivisti saccharum? — A mercatore petivi saccharum. — Quemnam pauperes rogaverunt pecuniam? — Patrios rogaverunt pecuniam. — Quosnam patricios rogaverunt pecuniam? — Illos, quos tu nosti, rogaverunt. — Quinam solvis pro carne? — Laniis solvo pro ea. — Quinam solvit frater tuus pro ocreis suis? — Sutoribus solvit (pro illis). — Quinam solvimus pro pane? — Pistoribus nostris solvimus pro eo. — De quonam (homine) fuit sermo? — De amico tuo sermo fuit. — Nonne de medicis sermo fuit? — Ne unum quidem verbum de illis dictum est. — Nonne sermo est de homine (eo), de quo locuti sumus? — Sermo est de illo. — Fuitne sermo de patriciis? — Fuit sermo de illis. — Fuitne de iis sermo, de quibus loquimur? — Non de iis fuit sermo, de quibus loquimur, sed de aliis. — Utrum de nostris an de nostrorum vicinorum liberis sermo fuit? — Nec de nostris, nec de vicinorum nostrorum liberis sermo fuit. — De quibusnam pueris fuit sermo? — De præceptoris nostri liberis fuit sermo. — Loquuntur de libro meo? — De eo sermo est. — De quanam re loquimini? — De bello loquimur. — Nonne de pace loquimini? — De ea non loquimur. — Tibine discipuli (ou alumni) tui satisfaciunt? — Mihi satisfaciunt. — Quemadmodum studet frater meus? — Bene studet. — Quot lectiones prædidicisti? — Quatuor et quinquaginta jam lectiones prædidici. — Tuone magistro discipulus suus probatur? — Probatur (ei).

137.

Donumne quid magister tuus accepit? — Plura accepit. — A quonam accepit dona? — Ab alumnis suis accepit (dona). — Num quæ a patre tuo accepit? — A meo et ab amici mei patre quedam accepit. — Probantur ei (ea), quæ accepit dona? — Probantur ei (Eis contentus est). — Quot jam themata fecisti? — Unum jam et viginti feci. — Magistrone tuo probaris? — Prædicat me sibi probari (1). — Tu autem, quid ais? — Aio me esse eo contentum. — Quot annos es natus? — Non omnino decem annos natus sum. — Discisne jam latinas litteras? — Jam disco eas. — Scitne frater tuus

---

(1) *Prædicare* 1, decir en alta voz (ante sí), abiertamente, es lo opuesto de *tacere* 2, callar.

latine? — Nescit. — Cur nescit? — Quia non didicit. — Cur non didicit? — Quia tempus ei defuit. — Estne domi pater tuus? — Non; peregre est, at frater meus est domi. — Quonam profectus est pater tuus? — In Britanniam profectus est. — Ivistine illuc aliquando? — Nunquam ivi illuc. — Cogitasne hac æstate in Germaniam ire? — Cogito ire illuc, — Tibine est in animo diu ibi commorari? — Mihi est in animo per æstatem ibi commorari. — Quousque frater tuus manet domi? — Usque ad meridiem. — Jussistine manicas tuas tingi? — Jussi eas tingi. — Quo colore curavisti eas tingendas? — Fusco eas (colore) tingendas curavi. — Visne patri meo dicere, me hoc venisse? — Id ei dicere volo. — Nonne vis exspectare, dum reddit? — Non possum manere.

138.

Uter fustium istorum longior est? — Hic, quem habeo, longe brevior est, quam tuus. — Nonne meus minus tuo crassus est? — Tuus meo exilior est. — Laboravistine magis (*ou plus*), quam ego? — Non tantum laboravi, quantum tu, sed maturius te finivi. — Cur scribendi peritior es, quam loquendi? — Scribendi sum peritior, quam loquendi, quoniam plus do temporis scribendo, quam loquendo. — Egenderisne sæpe? — Persæpe exeo, sæpissime autem maneo domi. — Num latinas discere litteras valde est difficile? — Longius (*diuturnius*) id est, quam difficilius. — Multone opus est tempore, ad eas discendas? — Multo opus est, si haud multum laboratur (*ou laboras*). — Utrum magis est arduum ascendere an descendere? — Ascendere difficilius est, descendere autem periculosius (*est*), quam difficilius. — Cur amicus tuus tam valde iratus est? — Quia suus ei canis occisus est. — Fuitne (*is*) pulcher canis? — Pulcherrimus (*is*) fuit canum omnium. — Bellissimus fuit omnium, quos vidi, canum. — Cujus liber hic est? — Amici mei liber est. — Cujus est hæc domus, quam heri vidimus? — Hæc domus heri patris erat (*1*) (mei), hodie patrui est (mei). — Num ei pater tuus vendidit eam? — Non, ea muneras est (*ou donavit*) eum. — Nonne nimium panis habes? — Paulo nimium habeo. — Visne carnem amplius habere? — Satis mihi est; (*id*) quod habeo mihi est satis.

139.

Jamne prandisti? — Nondum. — Quota hora prandes? —

---

(1) Vease *Método*, 54<sup>a</sup> lección.

Hora sexta prandeo. — Apud quem prandes? — Apud quemdam amicum meum prandeo. — Apud quem prandisti heri? — Apud quemdam ex cognatis meis prandi. — Quid edistis? — Bonum panem edimus, bubulam, mala et placentas. — Quid bibistis? — Bibimus bonum vinum, bonam cervisiam et bonam siceram. — Ubi prandet hodie avunculus tuus? — Domi apud nos prandet. — Quota hora cœnat pater tuus? — Hora nona cœnat. — Cœnasne maturius quam ille? — Se-rius cœno, quam ille. — Quota hora jentas? — Hora decima jento. — Quota hora heri cœnastis (cœnavistis)? — Sero cœ-navimus. — Quid edistis? — Nihil aliud edimus, quam carnis paululum cum frustulo panis. — Quando cœnavit frater tuus? — Post patrem meum cœnavit. — Quo is? — Ad cognatum quemdam eo, jentandi gratia cum illo. — Num prandetis ma-ture? — Sero prandemus. — Visne manicas meas tenere? — Volo tenere eas. — Vultne is tenere baculum meum? — Vult eum tenere. — quis tenuit pileum tuum? — Servus meus tenuit eum. — Visne incepitare lōqui? — Volo incep-tare. — Unquamne fraterculus tuus incepitatem themata fa-cere? — Incepit. — Unquamne tu incepitasti petasum facere? — Nullum unquam incepitavi facere. — Num gusta-vimus hanc cervisiam? — Nondum gustavimus eam. — Quod vinum vis gustare? — Hoc volo gustare, quod tu gustavisti. — Gustaveruntne hanc cervisiam Poloni? — Gustaverunt eam. — Multamne biberunt? — Haud multam biberunt. — Visne hoc vinum gustare? — (Id) jam gustavi. — Quale tibi vi-detur? — Bonum mihi videtur. — Cur non gustas hanc siceram? — Quia non sitio. — Cur amicus tuus non gustat hanc carnem? — Quia non esurit.

140.

Quem quæritas? — Hominem illum quærito, qui mihi equum vendidit. — Num propinquus tuus aliquem quærit? — Quemdam sibi notum (quemdam ex familiaribus suis) quærit. — Num quem quærimus? — Unum e vicinis nostris quær-i-mus. — Quem quæris? — Quemdam ex amicis nostris quæro. — Num quem e famulis meis tu quæris? — Non ego, sed ex meis unum quæro. — Num tentasti (tentavisti) cum pa-truo tuo colloquium? — Tentavi cum eo colloquium. — Num tentasti patris mei aditum? — Aditum ejus tentavi. — Potuisti-ne eum adire? — Non potui adire eum. — Quem quæritas — Patrem quærito tuum. — Quemnam vis tu? — Sartorem volo. — Num quem iste (homo) quæritat? — Te vult. — Num quæritaris? — Quæritor. — Num ego quæritor? — Non tu (quæritaris), at unus e familiaribus tuis quæritur. — Num

quæritas medicum? — Quærito eum. — Quid me (*ou a me*) petis? — Paululum carnis a te peto. — Quid me (*ou a me*) petit fraterculus tuus? — Paululum a te vini et paululum aquæ petit. — Mene rogas plagulam chartæ? — Unam te rogo. — Quot plagulas chartæ postulat amicus tuus? — Duas postulat. — Libellumne poscis a me? — A te posco eum. — Quid petivit consobrinus tuus? — Aliquot mala poposcit panisque frustulum. — Nondumne jentavit? — Jentavit, sed esurit adhuc (*ou etiam*). — Quid poscit patruus tuus? — Vini calicem postulat. — Quid postulat Polonus? — Caliculum (*pocillum*) cervisiae poscit. — Nonne jam babit? — Jam babit, sed adhuc sitit.

141.

Visne mihi munuscum dare (me munusculo donare)? — Quodnam aves munuscum? — Cistellam mihi libet habere. — Ubi est sororcula tua? — In hortulo est. — Quicum ea ibi est? — Illuc ea est cum quodam coguato nostro. — Vidistine in macello mulierculam quamdam? — Non vidi (*eam*). — Nonne homunculus (*quidam*) venit mecum collocuturus? — Nemo venit. — Agrotatne fraterculus tuus? — Usque valuit. — Cujus est iste lectulus? — Sororculæ est (*meæ*) iste lectulus. — Quid dedisti pauperi huic homini? — Nummulum ei dedi. — Qua exeundum est? — Portula est exeundum. — Probstine hunc equum? — Non probavi eum. — Cur non es? — Nequeo esse. — Quid est, quod (*esse*) non quis? — Non esurio. — Nonne vis paululum hujus casei gustare? — Jam non esurio. — Visne incepere hanc sellam brachio uno tollere? — Jam expertus sum, nequeo. — Tu autem, fecistine periculum? — Feci periculum, et omnia fregi (*quæ* in mensa erant) posita (1).

142.

Aspicisne (*hunc*) hominem, qui venit? — Non aspicio eum. — Aspicisne puerum militis? — Aspicio eum. — Quid cernis? — Montem cerno magnum illac procul et domunculam. — Nonne silvam cernis? — Eam quoque cerno. — Aspicisne milites, qui eunt in macellum? — Eos aspicio. — Cernisne homines (*eos*), qui in hortum eunt? — Non eos cerno, qui in hortum, sed eos qui in macellum eunt. — Videsne homi-

---

(1) *Quæ in mensa erant posita* (todas las cosas) que estaban colocadas en la mesa. *Erant*, tercera persona del plural de Imperfecto (de *esse* \*); respecto á este tiempo, véase *Método*, 54<sup>a</sup> lección.

nem (illum), cui pecuniam ego dedi mutuam? — Non eum video, cui tu pecuniam credidisti, sed eum, qui tibi mutuam dedit (pecuniam). — Videsne pueros, qui student? — Non eos, qui student, sed eos video, qui ludunt. — Num quid cernis? — Nihil cerno. — Aspexistine domum parentum meorum? — Aspexi eam. — Tibine magnus petasus placet? — Non magnus petasus, sed magnum pluviale mihi placet. — Quid faciendo delectaris? — Scribo libenter. — Videsne hos puerulos libenter? — Eos libenter video. — Tene juvat cervisiam bibere? — Me juvat bibere eam. — Gaudetne frater tuus siceram bibendo? — Non gaudet. (Non libenter, ægre bibit eam). — Quid placet militibus? — Placent eis vinum et aqua, vinum autem magis quam aqua (eis placet). — Utrum amas, vinumne an aquam? — Utrumque bibo libenter. — Studentne illi pueri libenter? — Student et ludunt libenter. — Legisne scribisque libenter? — Libenter lego et scribo. — Quoties edis in die? — Quater. — Quoties in die bibunt liberi tui? — Pluries bibunt in die. — Bibisne tam sæpe, quam illi? — Sæpius bibo. — Isne sæpe in theatrum? — Interdum eo illuc. — Quoties in mense is illuc? — Semel tantum in mense eo illuc. — Quoties in anno consobrinus tuus it in choream? — Bis in anno it illuc. — Isne illuc tam sæpe, quam ille? — Nunquam ego eo illuc. — Itne coquus tuus sæpe in macellum? — Quotidie mane it illuc.

143.

Isne sæpe ad patruum meum? — Sexies in anno eo illuc (in ejus domum). — Libenterne tu pullo vesceris gallinaceo? — Pullum gallinaceum edo libenter, at non pisces. — Quid sumis libenter? — Panis frustum sumo libenter vinique calicem. — Quosnam pisces frater tuus gaudet edendo? — Esocem (luscium) edit libenter. — Ediscisne? — Non edisco libenter. — Ediscuntne alumni tui libenter? — Libenter student, sed haud libenter ediscunt. — Quot themata faciunt in die? — Duo tantum faciunt, sed bene. — Utrum sumis cafæum libenter an theam? — Utrumque sumo libenter. — Legisne epistolam, quam ego tibi scripsi? — Lego eam. — Intelligisne eam? — Eam intelligo. — Intelligisne hominem (eum), qui tecum loquitur? — Non intelligo eum. — Cur non intelligis eum? — Eum non intelligo, quia nimis male loquitur. — Hiccine homo scit latine? — Scit, ego vero nescio. — Cur non discis? — Discendi tempus mihi non est. — Tibine litteræ allatæ sunt? — Unæ mihi allatæ sunt. — Visne ad eas rescribere? — Ad eas sum rescripturus. — Quando tibi allatæ sunt? — Decima hora ma-

tutina mihi allatae sunt. — Eisne es contentus? — Mihi non displicant. — Quid tibi tuus amicus scribit? — Scribit mihi se ægrotare. — Tene rogat aliquid? — Pecuniam petit a me. — Quamobrem petit a te pecuniam? — Quia opus ei est (nonnulla). — Quid me petis? — Posco a te pecuniam (eam), quam tu mihi debes. — Visne paululum exspectare? — Non possum exspectare. — Cur non potes exspectare? — Non possum exspectare, quippe qui hodie proficisci cogito. — Quota hora cogitas proficisci? — Hora quinta vespertina cogito proficisci. — Isne in Germaniam? — Eo illuc. — Nonne tu is in Bataviam? — Non eo illuc. — Usque quo ivit frater tuus? — Usque Londinum ivit.

144.

Cogitasne ire in theatrum hodie vespere? — Cogito ire, si tu is illuc. — Estne patri tuo in animo equum hunc emere? — Ei est in animo eum emere, si pecuniam accipit suam (1). — Estne in animo consobrino tuo ire in Britanniam? — Ei est in animo ire illuc, sed solvendum est ei, quod ei debetur (2). — Cogitasne ire in choream? — Cogito ire (illuc), quia amicus meus it illuc. — Cogitatne frater tuus germanicæ studere linguae? — Cogitat studere, sed inveniendus ei est magister idoneus. — Cujusmodi hodie tempestas est (Cujusmodi tempestatem habemus hodie)? — Serenissimum est. — Fuitne sudum heri? — Heri foeda fuit tempestas. — Cujusmodi tempestas fuit hodie mane? — Foeda fuit (tempestas), nunc autem sudum est. — Num calor est? — Aestus est. — Nonne frigus est? — Non est frigus. — Galorne an frigus est? — Neque calor, neque frigus est. — Ivistine rus nudius tertius? — Non ivi (illuc). — Cur non ivisti (illuc)? — Non ivi (illuc), quia tempestas foeda fuit. — Cogitasne eras rus ire? — Cogito ire (illuc), quia serenitas est.

---

(1) *Si accipit*, si él recibe; *si accipiat*, con el presente de subjuntivo, como lo veremos, añadiría una diferencia bastante semejante á la de *dum accipiat*, con tal que él reciba. *Accipit* enuncia en el presente, como hecho, una acción que *si* indica como futura, y *accipiat* unido á *si* expresaría de sí mismo esta acción como futura, pero eventual, esto es condicional: *Si el recibiria*, por traducirlo conservando la manera latina.

(2) Siendo eventual el hecho, se expresa también en latín por el subjuntivo, como lo harémos mas tarde: *sed oportet ó necesse est, ut sua ei debita solvantur*. El subjuntivo, en tal caso, es mas preciso.

145.

Clarumne est cubiculum tuum? — Non est (clarum). — Visne in meo laborare? — Ibi laborare volo. — Estne ibi lucidum? — Pellucidum (1) ibi est. — Potesne laborare in conclave tuo? — Laborare ibi non possum. — Cur ibi non potes laborare? — Non possum ibi laborare, quia nimis opacum (obscurum) est. — Ubinam opacum est nimis? — In conclave meo. — Estne lucidum in hocce cavo? — Obscurum est ibi. — Estne via sicca (siccas in via)? — Humor ibi est et spurcitia. — Estne humidum (*ou humor*)? — Non est humidum. — Estne siccas? — Nimia siccas est. — Lucetne luna? — Non lucet luna, cæcum (cæca nox) est et humidissimum (humidissima). — Quare siccas est? — Quia nimius est sol; non habemus imbræ. — Quando is rus? — Cogito cras ire (illuc), si serenum est, et si nullos (neque) habemus imbræ. — Qua de re loquitur patruus tuus? — De serenitate loquitur. — Num loquimini de pluvia? — Loquimur de ea. — Qua de re loquuntur hi homines? — Loquuntur de serenitate et de tempestate fœda (de tempestate vel serena vel fœda). — Nonne de vento colloquuntur? — Etiam de eo colloquuntur. — Loquerisne de meo patruo? — Non loquor de eo. — De quonam loqueris? — De te et de parentibus tuis loquor. — Num quem quæritas? — Patruum tuum quærito, estne domi? — Non, apud optimum amicorum suorum (sui amicum) est.

146.

Venitne maturius? — Sero nimis venit. — Nonne satis laborat? — Satis laborat, sed celerius (celeriter nimis) loquitur. — Legistine litteras ejus? — Legi eas. — Invenistine in eis (id), quod tibi dixi? — Id inveni. — Quodnam ejus est consilium? — Nescio. — Nonne totas perlegisti (eas)? — Dimidiam earum partem legi. — Totæ ejus litteræ perlegendæ sunt, cognoscendi causa earum consilium. — Num vidisti unquam flores tam pulchros? — Tam pulchros vidi, nunquam autem pulchriores. — Nunquamne fuisti in Italia? — Nunquam illic fuī. — Jamne ibi fratres tui fuerunt? — Pluries ibi fuerunt. — Ivistine ad patrem meum antequam ad me venisti? — Ad te prius veni. — Ubi est filius tuus? — Domi mansit. —

---

(1) Por *perlucidum*, con una aliteración frecuente en latín, como en *attīngere* por *adtingere* (*adtangere*); *afferre* por *adferre*, etc. Aliteración, esto es comunicación del sonido dominante entre dos consonantes vecinas cuyo sonido es más ó menos emparentado.

Tibine dixit ludos se spectatum ivisse? — Non dixit mihi se ivisse illuc. — Quocum ivit illuc? — Cum consobrino suo. — Putasne eum invenire hominem illum potuisse, quem quarebat? — Non puto eum potuisse. — Jamne profectus est? — Profectus est nudius tertius. — Quis hoc tibi dixit? — Homo quidam mihi ignotus. — Quicum locutus es? — Cum vicino-quodam ejus locutus sum. — Gensesne a me illi scribendum esse? — Puto tibi esse scribendum ad eum. — Num canis ad patrem meum ductus est? — Nondum ad eum ductus est.

147.

Quare amantur hi puéri? — Amantur, quia frugi sunt. — Suntne frugi magis, quam nos? — Non frugi magis, sed studiosiores sunt, quam vos. — Tuusne frater est tam assiduus, quam meus? — Æque est assiduus, atque ille; at tuus frater magis est frugi, quam meus. — Nostine aliquid novi? — Nihil novi mihi notum est. — Quid dicit novi consobrinus tuus? — Nihil novi dicit. — Nonne de bello sermo est? — Nullus. — De qua re loquuntur homines? — De pace loquuntur. — Quid dicitur (ab eis)? — Dicitur hostem cæsum fuisse. — Pugnatum ergo fuit? — Pugnatum, dux prælium cum hoste commisit. — Diune pugnatum est? — Horas per novem (1) dimicatum est. — Quomodo prælium initum est? — Signum ædux deat. — Quid deinde? — Deinde milites nostri in hostem iverunt. — Num iniquis viribus dimicaverunt? — Æquo Marte dimicaverunt (2). — Intelligerisne ab alumnis tuis? — Intelligor ab eis. — Sæpene dona accipis? — Sæpe accipio, at frugi sum. — Num præmio sæpe donamini? — Præmio donamur, si studemus bene et periti (solertes) sumus. — Vestrone magistro est in animo vos præmio donare? — Hoc facere in animo habet, si bene studemus. — Quid ei est in animo dare vobis, si studetis bene? — Ei est in animo nos libro donare. — Jamne vobis librum dedit? — Unum jam nobis dedit.

148.

Jamne prandisti? — Jam prandi, sed esurio usque. — Fraterculus tuus jamne bibit? — Jam bibit, sed usque sitit. —

(1) El alumno ha debido observar ya que las preposiciones que llevan un regimen compuesto de varias palabras se colocan en latín á menudo al medio de estos regímenes, y á veces con mucha mas elegancia que al principio de estos,

(2) *Æquis viribus* significa fuerzas iguales; *æquō marte*, fortuna igual (marte igual), con suceso igual, cotejado.

Quid faciendum est latine discendi gratia? — Multum laborare  
necessere est. — Num est necesse quietum sedere studendi  
causa? — Auscultandum est eis, quæ vobis magister dicit. —  
Cogitasne hodie cœnare? — Prius cogito prandere. — Quota  
hora prandes? — Hora quarta prandeo, cœnoque nona. —  
Vidistine consobrinum meum? — Vidi eum. — Quid dixit?  
— Dixit, sibi libidinem te videndi esse nullam. — Cur non  
vult videre me? — Videre te non vult, quia te non amat. —  
Cur me non amat? — Quia malus es. — Visne mihi plagu-  
lam chartæ dare? — Quamobrem tibi est opus charta? —  
Opus mihi est ad litteras scribendas. — Ad quemnam vis  
scribere? — Ad eum hominem scribere volo, a quo amor. —  
Quem quæritas? — Neminem quærito.

149.

Vehenisne rheda libenter? — Equitare me delectat. —  
Consobrinus tuus unquamne equitavit? — Nunquam equi-  
tavit. — Equitavistine nudius tertius? — Hodie equitavi. —  
Quonam equitasti? — Rus equo iterfeci (vectus sum). —  
Equitatne frater tuus tam sæpe, quam tu? — Sæpius equi-  
tat, quam ego. — Num aliquando vectus es equo? — Equo  
nunquam vectus sum. — Visne hodie rheda rus ire (vehi)? —  
Volo rheda illuc ire (vehi). — Tibine peregrinatio placet (tene  
peregrinari juvat)? — Peregrinor libenter. — Tibine placet hieme  
peregrinari (hiemalis peregrinatio)? — Hieme ægre pere-  
grinor, vere autem et autumno libenter (peregrinor). — Sa-  
tisne commodum est vere iterfacere? — Commodum est vere  
iterfacere autumnoque, æstate autem et hieme incommodum.  
— Num hieme aliquando peregrinatus es? — Sæpe peregrin-  
atus sum hieme æstateque. — Sæpene iterfacit frater tuus?  
— Jam non peregrinatur, multum olim iterfecit. — Quando  
delectaris equitando? — Mané, post jentaculum delector  
equitando. — Satisne commoda est in hac regione peregrina-  
tio? — Commoda ibi est peregrinatio. — Ivistine unquam  
Vindobonam? — Nunquam ivi illuc. — Quo ivit frater tuus?  
— Londinum ivit. — Interdumne it idem Berolinum? —  
Olim ivit illuc. — Quid ait de hac regione? — Ait esse in Ger-  
mania peregrinationem commodam. — Fuistine Dresdæ?  
— Fui ibi. — Mansistine ibi diu? — Duos ego annos ibi commo-  
ratus sum. — Quid ait de hominitibus hujus regionis (de gen-  
tibus hujus terræ)? — Aio eos esse benignos. — Estne Dres-  
dæ frater tuus? — Non, domine, Vindobonæ est. — Vivi-  
turne bene Vindobonæ? — Bene vivitur illic.

150.

Fuistine Londini? — Fui illic. — Viviturne bene illic? — Vivitur bene illic, at care (caro). — Viviturne caro Lutetiæ? — Vivitur illic bene, et non (nec) caro. — Apud quem fuisti hodie mane? — Apud patruum meum fui. — Quo nunc is? — Eo ad fratrem meum. — Estne domi frater tuus? — Nescio. — Jamne fuisti apud britannicum centurionem? — Nondum fui apud eum. — Quando cogitas ire ad eum? — Hodie vespere cogito ire ad eum. — Quoties frater tuus fuit Londini? — Ter ibi fuit. — Facisne iter in Gallia libenter? — Facio libenter illic iter, quia ibi reperiuntur benigni homines. — Amicus tuus libenterne peregrinatur in Batavia? — Non facit iter ibi libenter, quia vivitur illic male. — Peregrinarisne libenter in Italia? — Libenter illuc peregrinor, quia vivitur illic bene, reperiunturque benigni homines; at viae illic non admodum sunt expeditæ. — Faciuntne Britanni iter in Hispania libenter? — Faciunt illic iter libenter, sed viae illic videntur eis nimis impeditæ. — Cujusmodi est tempestas? — Fœdissima est tempestas. — Ventusne est (flatne ventus)? — Perflat (vehementer flat ventus). — Fuitne heri nimbus? — Nimbus fuit. — Ivistinus? — Non ivi illuc, quia nimbosum fuit (quia tempestas turbata fuit). — Isne hodie mane in macellum? — Eo (illuc), si apricum est (si dies est apricissimus). — Tibine est in animo ire in Germaniam hoc anno? — Habeo in animo ire (illuc). — Egredierisne mecum? — Tecum egredior, si foeda non est nimis (ou nisi foeda nimis est) tempestas. — Cogitasne jentare mecum hodie mane? — Tecum jentare cogito, si esurio.

151.

Quid dicitur novi? — Homo quidam interfactus est. — Quando interfactus est? — Luce palam interfactus est. — Quomodo hoc potest fieri? — Id sit persæpe. — Pugnaverunt igitur (inter se)? — Dicitur eos pugnavisse (inter se). — Et quemadmodum fuit ille interfactus? — Alter eum cultro interfecit. — Ludine habitu (acti) sunt? — Habitū (acti) sunt. — Ubi habitu (acti) sunt? — In magna urbis cella. — Quoties jam edisti hodie? — Bis tantum edi. — Quot sunt quater quaterna? — Quater quaterna sunt sedecim. — Et ter duodenæ quot sunt? — Ter duodenæ sunt triginta sex (tricena sena). — Videsne me numerandi peritum esse? — Video te esse numerandi peritum. — Quoties ivisti natatum hoc anno? — Ivi natatum quinquages vel sexages hoc anno.

152.

Cogitatne patruus tuus nobiscum hodie prandere? — Cogitat vobiscum prandere, si esurit. — Cogitatne Polonus quidquam (Ecquid cogitat Polonus) hujus vini bibere? — Aliquantulum (ejus) bibere cogitat, si sitit. — Isne libenter pedibus? — Non eo pedibus libenter, sed rheda vehi delector, quum peregrinor. — Visne pedibus ire? — Nequeo pedibus ire, quoniam nimis fessus sum. — Isne pedibus in Italia? — Non eo illic pedibus, quia viæ ibi nimis sunt incommodæ. — Suntne viæ ibi æstate tam incommodæ, quam hieme? — Non sunt hieme tam commodæ, quam æstate. — Exisne hodie? — Non exeo, quum pluit. — Pluitne (pluvitne) heri? — Non pluit. — Ninxitne? — Non nixit. — Cur non is in macellum? — Non eo illuc, quia ningit. — Visne pluviale? — Si quodquam habes. — Visne mihi pluviale quodquam commodare? — Unum tibi commodaturus sum.

153.

Cujusmodi est tempestas? — Tonat et fulgurat. — Apricumne est? — Non est apricum, caligo est (caliginosum cœlum est). — Audisne tonitru? — Audio. — Quousque audisti (audivisti) tonitrua? — Audivi ea usque ad horam quartam matutinam. — Estne sudum? — Perflat ventus et multum tonat. — Fulguratne? — Multum fulgurat et multum tonat. — Pluitne? — Magnus effunditur imber. — Nonne tu is rus? — Qui possum ego rus ire, nonne tu vides ut (ou quantum) fulgurat? — Ningitne? — Non ningit, sed grandinat. — Grandinatne? — Non grandinat, sed multum (vehementer) tonat. — Habesne umbellam? — Unam habeo. — Visne mihi eam commodare? — Eam tibi commodare volo. — Estne apricitas? — Apricissimum est, sol mihi oculorum aciem perstringit. — Estne serenitas? — Fœdissima est tempestas, obscurum cœlum, nullaque apricitas. — Estne spurcitia in via? — Spurcissimum est, nobis est (in) rheda (vectis) eundum. — Cujusmodi igitur tempestatem habuimus hac nocte? — Hac nocte omnimodis (omnigeneris) tempestates habuimus; pluvit, grandinavit, tonuit, nixit. — Nonne est autumni finis? — Conatusne es omnia themata tua facere? — Conatus sum ea facere. — Quousque laboravisti? — Usque ad noctem laboravi. — Estne nox clara? — Nihil minus, cæca nox est. — Num nubilatur cœlum? — Nubilatur, et caligo est tam spissa, quam heri. — Estne siccitas? — Humor est. — Discutiturne caligo? — Lucescit jam paululum.

154.

Sitisne? — Non sitio, sed valde esurio. — Dormitatne puer (servus) tuus? — Dormitat. — Esuritne? — Esurit. — Cur non edit? — Quia nihil habet edere (1). — Esuriuntne liberi tui? — Valde esuriunt, sed nihil habent edere. — Habentne aliquid bibere? — Nihil habent bibere. — Cur non edis (es)? — Nonedo, quum non esurio. — Cur Russus non bibit? — Non bibit, quum non sitit. — Frater tuus editne aliquid heri vespere? — Edit offam bubulæ, offulam pulli gallinacei et frustum panis. — Nonne bibit? — Etiam bibit. — Quid bibit? — Aquæ bibit calicem magnum vinique caliculum. — Quousque mansisti apud eum? — Mansi apud eum usque ad medium noctem. — Petivistine ab eo aliquid? — Nihil ab eo petivi. — Tibine dedit aliquid? — Nihil (nil) mihi dedit. — De quonam collocuti estis? — De te collocuti sumus: — Menc laudavistis? — Non laudavimus, vituperavimus te. — Cur me vituperastis? — Quia probe non studes. — Qua de re locutus est frater tuus? — De libris suis, de domibus suis et de hortis suis locutus est. — Quis esurit? — Puerulus amici mei esurit. — Quisnam bibit vinum meum? — Nemo id bibit. — Jamne tu fuisti in cubiculo meo? — Jam fui ibi. — Cujusmodi tibi videtur conclave meum? — Pulchrum mihi videtur. — Potesne ibi laborare? — Non possum ibi laborare, quia nimis obscurum est (illic).

155.

Erasne domi hodie mane? — Non eram domi. — Ubi eras? — In macello eram. — Ubi eras heri? — In theatro eram. — Erasne tam assiduus, quam frater tuus? — Äque assiduus eram, atque ille, sed ille solertior (peritior) erat, quam ego. — Ubi fuisti? — Apud medicum britannicum fui. — Eratne is domi? — Non erat domi. — Ubinam erat? — In chorea erat. — Fuistine apud hispanicum coquum? — Fui apud eum. — Jamne emit carnem suam? — Jam emit eam. — Dedistine librum fratri meo? — Dedi ei (illum). — Dedistine libros meos alumnis meis? — Dedi eis (illos). — Erantne ii illis contenti? — Illis erant contentissimi (valde contenti). — Libebatne consobrino tuo latine discere? — Libebat ei latine discere. — Didicitne? — Non didicit. — Cur non didicit?

---

(1) O, como mas tarde podrémos decir: *nihil habet quod edat*, nada hay que él comeria, que pueda comer, que coma, que comer, con el subjuntivo expresando futuro eventual, esto es condicional, dependiente de una condicion.

— Quia ei non satis erat animi. — Fuistine apud patrem meum? — Fui apud eum. — Collocutus es cum eo? — Collocutus sum cum eo. — Jamne tibi sutor ocreas attulit? — Jam eas mihi attulit. — Eumne solvisti pro illis? — Non dum solvi eum pro illis. — Unquamne fuisti Londini? — Pluries illic fui. — Quidnam ibi fecisti? — Didici ibi britannice. — Cogitasne ire illuc iterum? — Cogito etiam bis ire illuc. — Viviturne satis bene illic? — Bene, at caro illic vivitur. — Tuone magistro suus alumnus probabatur? — Probabatur ei. — Tuone fratri probabantur liberi mei? — Valde ei probabantur. — Præceptorine puerulus hic satisfaciebat? — Non ei satisfaciebat. — Quare ei non satisfaciebat? — Nempe puerulus hic indiligens (negligens) admodum erat.

156.

Num pauperum liberi tam periti erant, quam dixitum (liberi)? — Peritiores erant, quippe qui plus (*ou* magis) laboraverunt. — Amabasne præceptorem tuum? — Amabam eum, nempe is me amabat. — Tibine dedit aliquid? — Bonum mihi librum dedit, quia me contentus erat (ei satisfaciebam). — Quemnam tu amas? — Parentes amo præceptoresque meos. — Tenc tui præceptores amant? — Me amant, quippe qui studiosus sum et dicto audiens. — Amabantne parentes (*suos*) hic homo? — Amabat eos. — Eumne sui parentes amabant? — Amabant eum, nempe contumax nunquam erat. — Quousque laborasti heri vespere? — Usque laboravi ad horam decimam. — Laborabatne quoque consobrinus tuus? — Laborabat quoque. — Quando vidisti patrum meum? — Hodie mane vidi eum. — Eratne ei multa (*ou* magna) pecunia? — Multam (*ou* magnam) habebat. — Erantne parentibus tuis multi amici? — Multi erant eis. — Suntne eis adhuc (aliqui)? — Aliqui eis adhuc sunt. — Erantne tibi amici? — Mihi erant amici, quia pecuniam habebam. — Suntne adhuc tibi aliqui? — Nulli jam mihi sunt, quia nullam jam habeo pecuniam. — Ubi erat frater tuus? — In horto erat. — Ubi erant servi ejus (famuli sui)? — In ædibus erant. — Ubi nos eramus? — Eramus in bona regione et apud benignos homines. — Ubi erant amici nostri? — Erant in Britannorum navibus. — Ubi erant Russi? — In rhedis suis erant. — Erantne rustici in agris? — Erant illic. — Erantue pastores in silvis? — Erant illic. — Quis erat in tabernis? — Mercatores illic erant.

157.

Cujusmodi erat tempestas? — Fœdissima erat tempestas. — Flabatne ventus? — Flabat ventus et algor erat. — Eratne

caligo? — Erat caligo. — Serenitasne erat? — Erat serenitas, sed nimius aestus. — Cujusmodi fuit tempestas nudius tertius? — Obscurissima et frigidissima. — Num serenitas nunc est? — Nec serenum, nec foedum est (nec serenitas est, nec foeda tempestas). — Estne nimius aestus? — Nec aestus est nimius, nec nimium frigus. — Fuitne heri nimbus? — Nimbosissimum fuit (Valde fuit turbulentia tempestas). — Fuitne siccitas? — Nimia fuit siccitas, hodie vero humor nimius est. — Ivistine in choream heri vespere? — Non ivi illuc, quia foeda tempestas erat. — Habebasne in animo libros meos lacerare? — Non erat in animo mihi eos lacerare, sed cremare.

158.

Num habebas in animo britannice discere? — Erat in animo mihi britannice discere, at mihi magister non erat idoneus. — Num fratri tuo in animo erat currum emere? — Erat ei in animo unum emere, sed jam ei pecunia non erat. — Cur laborabas? — Laborabam discendi gratia latine. — Cur hunc amabas hominem? — Ideo eum amabam, quia me amabat. — Qua re opus ei erat? — Cultro ei opus erat. — Jamne vidisti centurionis filium? — Jam vidi eum. — Num gallice loquebatur? — Loquebatur britannice. — Ubi tunc tu eras? — In Germania eram. — Utrum loquebaris germanice an britannice? — Nec germanice, nec britannice, sed gallice loquebar. — Num Germani gallice loquebantur? — Primo germanice loquebantur, deinde gallice. — Num recte loquebantur æque ac tu? — Recte omnino loquebantur, æque atque ego et tu. — Quid agis vespere? — Laboro simul ac cœhavi. — Et deinde quid agis? — Deinde dormio. — Quando bibis? — Bibo, ut primum edi. — Quando dormis? — Dormio, ut primum cœnavi. — Num latine loqueris? — Olim loquebar. — Detrahisne petasum antequam vestem exuis? — Petasum detraho, ubi primum vestes exui. — Quid agis post prandium? — Ubi primum prandi, egredior foras. — Dormisne? — Id vides, non dormio. — Dormitne adhuc frater tuus? — Dormit adhuc. — Num es conatus avunculum meum alloqui? — Non sum conatus eum alloqui. — Locutusne est tecum? — Ut me primum videt, loquitur mécum. — Vivuntne adhuc parentes tui? — Etiam nunc vivunt. — Num vivit adhuc frater amici tui? — Jam non vivit.

159.

Collocutusne es cum mercatore? — Collocutus sum cum eo. — Ubi locutus es cum eo? — Domi apud me locutus sum

cum eo. — Quid dixit? — Abiit, nec ullum fecit verbum. — Potesne laborare tacitus? — Laborare, non autem latine studere tacitus possum. — Num loqueris magna voce, quum latine studies? — Magna voce loquor. — Potesne audire me? — Possum te audire, quum magna voce loqueris. — Visne arcessere vinum? — Nequeo sine pecunia arcessere vinum. — Num equos emisti? — Non emo sine pecunia. — Num tandem pater tuus advenit? — Advenit. — Quando advenit? — Hodie mane, hora quarta. — Consobrinus tuus num tandem profectus est? — Nondum profectus est. — Invenistine tandem magistrum idoneum? — Tandem inveni unum. — Tandemne discis britannice? — Tandem disco. — Cur nondum didicisti? — Quia nullum habebam magistrum idoneum. — Num quem exspectas? — Medicum exspecto meum. — Venitne tandem? — Vides eum nondum venire. — Doletne tibi caput? — Non (caput), oculi mihi dolent. — Tum tibi medicus est exspectandus. — Num dedisti quid? — Nihil dedi. — Quid dedit avunculus tuus? — Vesteras suas vetustas (tritas) largitus est. — Num quid largitus es? — Nihil habebam largiri (1). — Quid dedit frater tuus? — Ocreas et veteres calceos suos largitus est.

160.

Cur hic puer laudatus est? — Laudatus est ob hoc, quod bene studuit (ideo, quia bene studuit). — Num unquam fuisti laudatus? — Sæpe fui laudatus. — Cur alter ille puer castigatus est? — Ideo castigatus est, quia malus (improbus) et piger fuerat. — Num hic puer præmio donatus est? — Præmio donatus est, ut pote qui bene laboraverat. — Quando fuit homo iste castigatus? — Proximo (2) mense (mense proxime elapso) castigatus fuit. — Cur fuimus æstinati magni? — Ut pote qui studiosi fueramus et dicto audientes. — Cur fuerunt hi homines in odio? — Ideo, quod contumaces (dicto non audientes) fuerant. — Amabaristne, quum eras Dresdæ? — Non eram in odio. — Num magni tum siebat frater tuus, quum Londini erat? — Amabatur æstimabaturque

---

(1) Veremos mas lejos que se dice tambien y aun mejor: *nihil habebam, quod largirer* (ó *darem*) con el imperfecto del subjuntivo, para expresar con mas precision la eventualidad (la dependencia de una ó varias condiciones) del acto subordinado á la condicion expresada por el verbo principal *habebam*.

(2) *Proximo*. Vease *Método*, lección 56<sup>a</sup>, nota 1<sup>a</sup>, y continuacion.

magni. — Quando eras in Hispania? — Ego illic eram tum, quum tu ibidem eras. — Jamne tu iveras illuc? — Nondum iveram illuc. — Quis amabatur et quis erat in odio? — Hi, qui frugi, assidui et dicto audientes fuerant, amabantur, illi vero, qui improbi (mali), pigri et contumaces fuerant, erant in odio et parvi siebant. — Quid agendum est ad faciendum tibi satis? — Necesse est studiosum esse frugique. — Erasne tum Berolini, quum rex ibidem erat? — Tum illic eram, quum is ibidem erat. — Num avunculus tuus tum Londini erat, quum ego ibidem eram? — Illie tum is erat, quum tu ibidem eras. — Ubinam tum tu eras, quum ego Dresdæ eram? — Lutetiae eram. — Ubinam erat pater tuus tum, quum Vindobonæ eras? — In Britannia erat. — Quo tempore jentabas tum, quum eras in Germania? — Jentabam tum, quum pater meus jentabat. — Num tu laborabas tum, quum ille laborabat? — Studebam tum, quum laborabat. — Laborabatne frater tuus tum, quum tu laborabas? — Is ludebat tum, quum ego laborabam.

161.

Quid de amico tuo factum est? — Forum adiit. — Quid de consobrino tuo factum est? — Nomen professus est (militiae). — Num avunculus tuus in morbum inciderat? — Inciderat in morbum, ideoque ego in munus ejus successeram. — Cur iste homo non laborabat? — Laborare non potuerat, quia inciderat in morbum. — Convaluitne (num in sanitatem restitutus est)? — Convaluit (Restitutus est in sanitatem). — Quid de illo factum est? — Mercator factus est. — Quid de liberis ejus factum est? — Viri facti sunt liberi ejus (Liberi ejus adoleverunt). — Quid ex filio tuo factum est? — Grandis homo factus est. — Num doctus evasit? — Evasit doctus. — Quid ex meo libro factum est? — Amissus esse non potest. — Num lacerasti eum? — Non laceravi eum. — Quid ex vicino tuo factum est? — Credo illum divitem evasisse. — Hunc igitur baculum tu secuisti? — Eum ideo secui, quod longior esse mihi videbatur. — Scisne a furibus quemdam hominem jugulatum fuisse? — Hoc nesciebam. — Cur non clamavit? — Nequibat clamare. — Cur nequibat clamare? — Ideo, quia **Fox** ei (in) faucibus haesit. — Igitur vicinus canem suum auribus jussit decurtari? — Jussit eum decurtari (auribus). — Num iste canis laborabat ex auribus? — Minime, sed latrat et mordet alios canes, qui eum auribus captant et illas (ei) lacerant. — Num te rheda vehi jusseras ad arcem? — Jusseram me illuc rheda vehi, sed itineris partem pedibus confeci.

162.

Consobrinus tuus num discebat germanice? — In morbum inciderat, itaque discere non poterat. — Didicisse frater tuus? — Magistrum non habebat idoneum, itaque discere non potuerat (1). — Isne in choream hodie vespere? — Pedes mihi dolent, ideoque nequeo ire (illuc). — Intellextin' (Intellexistine) hunc Britannum? — Nescio britannice, eamque ob causam nequibam eum intelligere. — Emistine hunc equum? — Pecunia mihi nulla erat, propterea que nequibam eum emere. — Isne rus pedibus? — Rheda mihi nulla est, idcirco pedibus ire mihi necesse est. — Vidistine illum hominem, a quo ego donum (munus) accepi? — Non vidi eum. — Vidistine pulchrum illum equum, de quo tecum sum collocutus? — Vidi eum. — Veditne avunculus tuus libros illos, de quibus tu cum eo es collocutus? — Vedit eos. — Vidistine hominem illum, cuius liberi castigati fuerunt? — Non vidi eum. — Quicum colloquebaris tum, quum in theatro eras? — Colloquebar cum illo homine, cuius frater interfecit pulchrum meum canem. — Vidistine puerulum illum, cuius pater patronus factus est (patronum se professus est)? — Vidi eum. — Quemnam vidisti in chorea? — Homines illos vidi ibi, quorum tu equos (emisti), eosque, quorum tu idem rhedam emisti.

163.

Quemnam nunc tu vides? — Hominem illum video, cuius famulus (servus) speculum meum fregit. — Audistine eum hominem, cuius amicus pecuniam mihi mutuam dedit? — Non audivi eum. — Quemnam tu audivisti? — Centurionem illum audivi gallicum, cuius filius mihi est amicus (2). — Detersistine scopula vestem eam, de qua tecum locutus sum? — Nondum detersi eam (scopula). — Accepistine pecuniam

(1) *De suerte que*, seguido del indicativo, expone un hecho, como hecho; con el subjuntivo, lo enuncia como consecuencia, es decir condicionalmente; en este último caso, se traduce tambien en latin por *ita, ut*; pero no es menester expresar aqui el enlace estrecho entre un hecho principal y su consecuencia cuya formula es *ita, ut*, siempre y cuando vaya acompañado del subjuntivo.

(2) *Amicus* es propiamente un adjetivo tomado substantivamente, y, como adjetivo, tiene su regimen en dativo (vease *Método*, lección 61<sup>a</sup>, *Obser. D.*). Hemos visto por otra parte que en latin se sustituye á menudo el pronombre personal por el posesivo.

illam, qua tibi opus erat? — Accepi eam. — Habeone chartam eam, qua mihi opus est? — Habes eam. — Habetne frater tuus eos libros, quibus ei opus erat? — Habet eos. — Locutine estis cum iis mercatoribus, quorum nos tabernam sumpsimus? — Locuti sumus cum eis. — Locutus es cum medico illo, cuius filius latine studuit? — Locutus sum cum eo. — Vidistine infelices illos homines, quorum aedes (domus) crematae fuerunt? — Vidi eos. — Legistisne libros illos, quos vobis commodavimus? — Legimus eos. — Quid dieitis de eis? — Dicimus eos esse pulcherrimos. — Liberi tui habentne ea, quæ sibi opus sunt? — Habent ea, quæ sibi opus sunt.

164.

De quo homine loqueris? — De illo loquor, cuius frater nomen militiae dedit. — De quibus pueris loquebaris? — De iis loquebar, quorum cognati docti sunt. — Quemnam librum legisti? — Illum legi, de quo tecum heri locutus sum. — Quamnam chartam habet consobrinus tuus? — Illam habet, qua sibi opus est. — Quosnam pisces edit? — Eos edit, quos tu non edebas libenter. — Quibusnam libris tibi opus est? — Iis mihi opus est, de quibus tu mecum es locutus. — Nonne iis opus est tibi, quos ego lego? — Iis mihi non opus est. — Quosnam flores misisti ad me? — Eos ad te misi, quos virtus a me petivit. — Servasne arma, quorum cuspis hebes est? — Necessae est mihi servare ea, arma sunt captiva. — Quot servos habet amici tui pater? — Sexaginta habet: quinque et quadraginta servos, ac quindecim servas. — Num cui opus est vestibus illis, de quibus sartor meus mecum locutus est? — Nemini iis est opus. — Videsne illos pueros, quibus ego placentas dedi? — Non eos video, quibus tu placentas dedisti, sed eos, quos castigasti.

165.

Cuinam dedisti pecuniam? — Iis dedi, qui mihi dederant. — Quibusnam pueris dandi sunt libri? — Iis dandi sunt, qui bene discunt, et qui sunt frugi dictoque audientes. — Quibusnam das edere et bibere? — Iis, qui esuriunt et sitiunt. — Num iis quidquam das pueris, qui pigri sunt? — Nihil (prorsus) eis do. — Gujusmodi tum erat tempestas, quum tu es egressus? — Pluebat et perflabat ventus. — Dasne placentas alumnis tuis? — Non studuerunt probe, idcirco eis nihil do. — Num liber tibi e manibus eruptus est? — Eruptus est mihi e manibus. — Extorsistine ei cultrum e manibus? — Ei extorsi illum e manibus. — Quo tempore pater tuus profec-

tas est? — Proximo Martis die profectus est. — Quamnam iniit viam? — Berolinum iter habuit. — Quo tempore fuisti Dresdæ? — Annum proxime elapsum illic commoratus sum. — Num diu in Italia commoratus es? — Menses circiter duo ibi commoratus sum. — Tene solvit (Tibine solvit) frater meus? — Pecuniam perdidit suam omnem, eamque ob causam nequit me (*ou* mihi) solvere. — Militesne frumentatum iverunt? — Omnes ægrotant, ideoque necesse est alios illuc ire. — Quidnam est propter flumen? — Domuncula est (ædile sunt) propter flumen. — Ubi habitat amicus tuus? — In via flumentana habitat. — Ubinam est tua arbuscula? — Propter fontem est. — Num (jam) arborescit? — Magna fit arbor. — Quid tibi fit? — Credo me ægrecere. — Cur tam sæpe ægrescis? — Quia (nempe) incipio senescere.

166.

Quodnam secuti estis iter? — Illud secuti sumus iter, de quo tu nobiscum locutus eras (verba feceras). — Nonne repetisti librum meum? — Ne meum quidem reperi. — Ubinam possunt libri nostri latere? — Credo eos a famulo (servo) in aliud conclave latos (collatos) fuisse. — Nonne inceptavisti equitare? — Nondum inceptavi. — Cur non inceptavisti? — Ideo non inceptavi, quia non satis (non plane) valeo. — Tuus autem pater valetne usque (pulchre)? — Haud male se habet (valet) et pulchre semper valuit. — Nonne rus hoc anno iturus es valetudinis causa? — Illuc iturus sum, sed illic domum prius emere volo. — Quonam tu sportam tulisti meam? — Eam hic jam non reperio. — In hortum tuli eam. — At debet madefacta fuisse, pluit enim? — Posueram eam in loco quodam, ubi madeficeri non poterat.

167.

Quem tu librum mihi pollicitus es, attulistine? — Ejus oblitus sum. — Quas tibi fasciolas patruus tuus pollicitus est, attulitne? — Eas mihi afferre oblitus est. — Jamne ad amicum tuum scripsisti? — Non fuit adhuc mihi tempus scribendi ad eum. — Oblitusne es ad cognatum tuum scribere? — Non obesus sum ad eum scribere. — Cuja est domus haecce? — Britannici est centurionis, cuius filius nobis litteras scripsit. — Tuane est haec pecunia? — Mea est. — A quo accepisti eam? — Accepi eam ab hominibus illis, quorum tu liberos vidisti. — Cujæ sunt haec silvae? — Regis (regiae) sunt. — Cujus sunt hi equi? — Nostri sunt. — Dixistine fratri tuo ne eum hic exspectare? — Obesus sum id ei dicere. — Tuusne pater est an meus (is), qui rus ivit? — Meus ivit. — Nosterne

an amici nostri pistor est (is), qui tibi panem absenti pecunia vendidit? — Noster is est (qui vendidit). — Isne tuus est filius? — Non meus, sed amici (mei) filius est. — Ubi est tuus? — Dresdæ est. — Tibine hic pannus placet? — Non placet mihi; nonne alium habes? — Alium habeo, sed carior est, quam hic. — Visne mihi eum ostendere? — Volo eum tibi monstrare. — Hæ ocreæ placentne patruo tuo? — Non placent ei, quoniam cariores sunt (caro nimis ou nimio constant). — Suntne hæ ocreæ illæ, de quibus nobiscum locutus es? — Eadem sunt. — Cujus sunt hi calcei? — Puerorum sunt viri illius, quem hodie mane vidisti in taberna mea. — Tibine placet nobiscum venire? — Non placet mihi. — Tibine placet ire in macellum? — Non me decet, illuc ire. — Ivistine rus pedibus? — Non me decet pedibus ire, itaque rheda ivi illuc.

168.

Vobisne (id) est, quod cuique opus est? — Nobis est, quod cuique opus est. — Suumne quisque calamum habet? — Suum quisque nostrum habet calamum. — Suamne quisque vestrum accepit partem? — Partem accepit suam (unus) quisque nostrum. — Quid oportet pauperi huic homini dare? — Daturi estis ei binos quisque teruncios. — Num necesse est nobis omnibus suum quemque mantile sumere? — Necesse est vobis omnibus, suum quemque sumere. — Quamnam inierunt viam? — Quam cuique libebat viam, inierunt. — Num petitivisti pecuniam meam a mercatore? — Negavit tibi se quidquam debere. — Num quem in itinere vidisti? — Geleriter veni, neque vidi quemquam. — Novine hice nummi sunt? — Aut nulli unquam, aut si quiquam, hi sunt novi (si quæ est pecunia nova, hæc est). — Mene decet hic petasus? — Aut nullus unquam (te decuit), aut si quisquam, hic petasus te decet. — Tuusne hic grex est? — Meus est, non alii cuiquam (Meus est et mihi proprius). — Tuus est? — Mihi proprius est. — Ad quem pertinet hoc negotium? — Ad centurionem pertinet. — Cur hos tu libros in ordinem non ponis? — Hoc ad me non attinet. — Ad quemnam hoc attinet? — Ad eum, cuius sunt, id attinet. — Cur isti (homines) rident? — Nescio, sed illud me mediocriter tangit. — Cur non adiisti cognatum meum? — Ideo, quia id ad rem non attinebat.

169.

Hoccine ad centurionem pertinet, nos solvi jubere (Num centurionis est pro nobis nomina exigere)? — Hoc nihil ad eum pertinet (spectat). — Ad quemnam id spectat? — Ad

ducem id spectat. — Num adire ducem necesse est? — Hoc ad te spectat. — Putasne ab eo nos exceptum iri? — Hoc eum fortasse mediocriter tangit, at benignus est. — Num adiisti vicinum tuum? — Non meum est eum adire. — Cui-nam igitur eundum est? — Suum est me convenire. — Tuum est eum prius adire. — Si tibi placet (Hoc si tibi voluptati est), iturus sum. — Num hi horti omnes tui amici sunt? — Praeter hunc, qui meus est, omnes ejus sunt. — Usque quo pertinet ager, qui tuus est? — Usque ad flumen pertinet. — Usque quo pertinet rustici pratum? — Usque ad arbores, quas hac tu procul aspicis. — Num in arcum tuam contulisti omnia, quae tua sunt? — Ibi contuli omnia, quae mea et mei fratris sunt. — Num id tuo fratri convenit? — (Ipse) jussit id me facere (1). — Num mercatori (cuiquam) convenit absenti pecunia vendere? — Id ei convenit, si quidem illos cognoscit, qui apud se (apud ipsum) emunt. — Cur reddidisti sutori calceos tuos? — Quia mihi non apte conveniunt ad pedes. — Heri tibi apte conveniebant? — At hodie mihi jam non convenient; dolorem mibi pedum moverunt. — Quum primum natasti (natavisti), quid fecisti? — Sentiebam me natare posse, et etiam natavi, et usque natavi.

170.

Estne sobrinus tuus vir ingeniosus? — Non is est, quem vocant (2) magni virum ingenii, at animo est hilarissimo. — Suntne milites tui animosi homines? — Sunt animosi. — Putasne eum multæ esse prudentiæ virum? — Multa prudenteria est magnique vir animi (Prudens et animosus est). — Cur tanto es mœrore? — Tanto sum mœrore, quoniam mihi id non bene cessit, quod ego facere volebam. — Num patruus tuus severus admodum est? — Est, non autem durus (non autem usque ad asperitatem). — Quidnam tu vis dicere? — Nihil. — Dicturus eras aliquid? — Minime, nihil mibi in buccam veniebat. — Num isti pueri frugi sunt? — Sunt frugi, ac multæ industriæ multique laboris (ac sedulissimi amantissimique laboris). — Num sunt ingeniosi? — Mediocri sunt ingenio, sed acie animi acerrima. — Num

---

(1) Cuando se trata de apoyar sobre *él* algo mas : *él* es quien, se echa mano de *ipse*, *él* mismo.

(2) Valdrá mas decir mas tarde con el subjuntivo : *non is est, qui vocaretur magni vir ingenii*, ó bien *non is est, ut eum vocent*, lo que significaría : no es tal *él* que pueda llamarse, etc.

amicus tuus servidi est animi? — Mitis ingenii est, ut (sic, ut) ovis. — Credisne te posse hunc hominem agnoscere, quem tibi dico (prædico)? — Nonne homunculus est oculis cinnereis, adusto ore, cincinnatus? — Omnia hæc in illum recte convenient.

171.

Quid jubes, domine? — Patrem tuum quærito; estne domini? — Non, domine; foris est. — Quid dixisti? — Tibi dico (dixi) eum foris esse. — Visne manere, dum reddit (usque ad ejus redditum)? — Non mihi est tempus exspectandi. — Venditne hic mercator absenti pecunia? — Non vendit absenti pecunia. — Tibine convenit numeratis emere nummis? — Non mihi convenit. — Ubi emisti bellos hos cultros? — Emi eos apud mercatorem, cujus tu tabernam heri vidisti. — Tibine vendidit eos absenti pecunia? — Mihi vendidit eos nummis præsentibus. — Emisne sæpe præsentí pecunia? — Non tam sæpe, quam tu. — Oblitus es hic aliquid? — Nihil oblitus sum. — Tibine convenit hoc ediscere (memoriter discere)? — Memoriam non bonam habeo (Non est mihi memoria bona), ideoque non mihi convenit ediscere.

172.

Num ille regis colloquium quæsivit? — Colloquium ejus quæsivit, sed res ei male (ex sententia non) cessit. — Satin' ex sententia scripsisti litteras? — Ex sententia scripsi. — Successitne his mercatoribus equos suos vendere? — Non successit eis. — Inceptavistine atramentarium meum detergere? — Incepsti, sed inceptum mihi male cessit. — Satin' ex sententia liberi tui discunt anglice? — Ex sententia discunt. — Estne (Inestne) vinum in hoc dolio? — Inest. — Estne aqua in hoc calice? — Non inest. — Utrumne vinum an aqua inest in lagena? — Nec vinum neque aqua inest. — Quid inest? — Acetum inest. — Num qui homines adsunt in conclavi tuo? — Adsunt homines. — Num quis adest in taberna? — Nemo adest. — Eratne frequentia in theatro magna? — Magna erat. — Suntne multi pueri (ii), qui ludere nolunt (1)? — Multi sunt (ii), qui studere nolunt, sed pauci, ut

(1) *Suntne multi pueri, qui ludere nolunt,* con el indicativo (*nolunt*) enuncia como constante el hecho de no querer; si nos sirvieramos del subjuntivo, como lo podríamos mas tarde, *suntne multi pueri, qui ludere nolint*, hay muchos niños que no quieran, ó no querrian, ó puedan no querer jugar, enunciariamos no el hecho sino la idea del hecho, esto es, el hecho

vides, qui ludere nolunt. — Detersistine arcam meam? — Inceptavi detérgere eam, sed mihi res non successit. — Cogitasne emere pluviale? — Cogito emere, id si mihi mercator mea fide vendit. — Cogitasne meum retinere? — Cogito id tibi reddere, si unum emo.

173.

Reddidistine libros fratri meo? — Nondum illi eos redidí. — Quandiu cogitas refinere eos? — Cogito refinere eos usque ad proximum mensem, eos perlegendi causa. — Quandiu cogitas equum meum retinere? — Cogito retinere eum, dum pater(meus) reddit. — Detersistine cultrum meum? — Nondum tempus mihi suit, sed actutum id facturus sum. — Fecistine ignem (focum)? — Nondum, at actutum facturus sum. — Gur non laborasti? — Nondum potui. — Quid habebas facere? — Tu mihi mensa tergenda erat tibialaque tua linea mihi sarcienda erant. — Credisne eum hodie adventurum esse? — Quæ est ejus celeritas (Pro celeritate ejus), (1), spero eum advenire posse. — Suntne multæ oves ægrotæ? — Aliquot sunt ægræ, aliæ nolunt exire (foras prodire), nonnullæ valent, omnino neque (nec quidquam) vescuntur. — Suntne aliquæ mortuæ? — Ne una quidem mortua est. — Num bestiæ quædam mel faciunt (2)? — Noris, apes faciunt. — Aliænæ mel faciunt? — Aliæ faciunt. — Num quisquam adest patrem meum arcessurus (arcessit patrem meum?) — Frater tuus abiit arcessitum eum. — Estne aliquis dies ad exeendum (3)? — Dics est unus in singulos menses ad exeendum. — Num hic quisquam scit (4) pulchre recitare? — Docti viri amicus pulcherrime recitat.

---

considerado como eventual, dudosos, en lo que hay una diferencia mayor.

(1) Hemos visto (*Método*, 56<sup>a</sup> lección. *Obsr.* D) que á menudo los Latinos, al colocar el pronombre relativo ante su antecedente, se eximian del uso del pronombre demostrativo: esta construcción es un ejemplo, y la frase completa sería: *ea celeritas, quæ ejus est (si a me reputatur), spero*, etc. (cuando yo pienso en) la celeridad que tiene (que le es peculiar), espero, etc. Se ve tambien que la frase es elíptica, esto es uprime una parte de la idea que está en el espíritu.

(2) O bien: *Num sunt bestiæ, quæ mel faciunt?* Vease la nota precedente.

(3) O bien, como podrémos decir mas tarde: *quo (ó qua) exeatur, ó exire liceat*, lo que será mas elegante.

(4) Aquí la cuestión es directa, mientras que con el subjunc-

Quid faciendum est (de) hac hasta ? — Oportet eam in celiam (armarium) ferre. — Nonne oportet eam hic servari ? — Minime ; oportet vero eam huc protinus ferre. — E vestigio  
huc iturus sum. — Jam nunc redditurus es ? — Non possum confessim redire, frater enim meus mihi visendus est. — Quid (est, quod) venis ? — At enim putabam te vocavisse me (me vocatum a te). — Num amicus tuus mihi iratus est ? — Ex quo ægrotavit, haud multum (sæpe) egreditur. — Visne plus pecuniae ? — Satis mihi est et ultra ; quo minus habeo, eo minorem impensam facio. — EO minus impendendum est, quo majorem habemus pecuniam. — Quo apricius est, eo pulchrius vales ; cur hoc ? — Ideo, quia mihi humor nocet. — Quid agebat exercitus noster, quum tu in castris fuisti ? — Pridie pugnaverunt, et quo magis (ou sæpius) pugnant milites, eo magis delectantur. — Tibine est multum frumenti ? — Non ita multum : emeram magnam copiam, sed totam fere vendidi. — Nonne exiturus es ante noctem obductam ? — Nolo de die exire ; quo cæcior nox est, eo gratius id est mihi. — Qui meus est animus (Animosus ut sum), cæca nox mihi non valde placet. — Tum palam de die exire potes. — At enim id quoque ago. — Mulieres cur sunt timidæ ? — Quia eis non opus est audaces esse.

Cogitasne rhedam emere ? — Nequeo emere, pecuniam enim meam nondum recepi. — Eundumne est in theatrum ? — Non eundum est, nimis fœda namque tempestas est. — Cur non is ad fratrem meum ? — Non mihi convenit ire, nos enim possum ea, quæ debo illi, adhuc ei solvere. — Cur hic præfector gladio ferit hunc hominem ? — Ferit eum gladio, quod ille eum pugno petivit. — Uter horum discipulorum incipit loqui ? — Hic, qui studiosus est, incipit loqui. — Quid agit alter, qui non est ? — Ille etiam incipit loqui, sed nescit legere nec scribere. — Nonne eis auscultat, quæ ei dicis ? — Non auscultat, nisi quum fuste eum peto (1).

---

tivo : *num hic quisquam adest, qui pulchre sciat recitare?*  
¿ Hay alguien que sepa, etc., viene á ser indirecta. Verémos más tarde este empleo del subjuntivo.

(1) *Nisi quum*, sino cuando. *Nisi* se emplea, como todas las conjunciones, con el indicativo así como con el subjuntivo, y el uso del uno ó del otro modo modifica su significacion, sea condicional (á menos que), sea restrictiva (á no ser que).

Quid agit, quum tu eum alloqueris? — Pone alios stat tacitus. — Quonam currit hic canis? — Currit pone domum se collaturus. — Quid agebat, quum tu fuste eum petebas? — Latrabat et pone sellas currebat latitans (1). — Cur patruus tuus miserum istum canem calcibus petit? — Quia iste puerulum ejus momordit. — Cur servus tuus aufugit? — Eum fusto verberavi, ideoque aufugit. — Cur non laborant hi pueri? — Eorum præceptor pugnis eos verberavit, itaque nolunt labrare. — Cur verberavit eos pugnis? — Quia dicto non fuerunt audientes. — Num sagittam emisisti? — Tres emisi sagittas. — Quid petivisti? — Avem petivi, quæ in arbore sedebat. — Num hunc (hominem) petivisti jaculo? — Hasta eum petivi. — Cur hasta eum petivisti? — Quia me gladio petiverat.

176.

Quid est, quod frater tuus istos (homines) insequitur? — Eos insequitur, quia suum ei petasum auferunt. — Quonam currebas? — Felem insequebar. — Quo cucurrerat iste miles? — Ad (In) castra cucurrerat. — Cur in via cucurrit? — Quia hostes aspexit. — Suntne hostes prope castra (præ castris)? — Dicitur eos castra tentare. — Nonne ea heri (idem) obsederunt? — Obsederunt, sed inceptum eis frustra fuit. — Voluntne in castra ingredi? — Volunt, at non eis succedit. — Nonne audis strepitum? — Quem strepitum? — Sonitum vocum et armorum. — Audio. — Quænam sunt illæ voices? — Militum voices sunt, pugnam poseunt. — Cur non educit eos consul e castris? — Quia ei milites non satisfaciunt. — Quid fecerunt? — Noluerunt heri e castris egredi, quum jussit. — Nonne hodie injussu egressuri sunt? — Nequeunt egredi. — Cur nequeunt egredi? — Quia consul portas custodi jubar. — Nonne vides magistrum equitum? — Video eum, jubar equites in aciem progredi (*ou* educit equites in aciem). — Dictator igitur advenit in castra? — Modo advenit. — Cur venit? — Venit prælium cum hoste committendi causa (*ou* commissurus). — Quid faciunt milites? — Capiunt (sumunt) pila, gladios, hastas et seuta. — Num jussi sunt ad arma concurrere? — Jussi sunt. — Induuntne arma? — Induunt arma, omnes galeam in capite habent.

177.

Quæ sunt ista plastra? — Impedimenta sunt. — Num equitatus e castris est egressus? — Egressus est e castris. —

---

(1) *Latitare* 1, ir á, buscar esconderse, frecuentativo de *latere* 2, *latitum*, *lateo*, *latui*, estar escondido.

Quid agit? — Pellit hostes. — Legiones ergo non egrediuntur? — Egressus sunt legiones. — Num dictator signum dari jubet? — Jubet dari. — Credisne eum capturum (oppugnaturum) esse hostium castra? — Si hostes profligantur, obsessuri sunt milites eorum castra. — Videsne istos (homines), qui pugnant? — Video eos, pugnis certant. — Num se calcibus petunt? — Alter alterum calce petit. — Nonne tibi videtur aliquis vapulare? — Etenim audio strepitum plagarum. — Cur verberasti hunc (hominem)? — Quia fuste canem suum verberat. — Oportetne huic furi alapam ducere? — Sane quidem, compressa palma eum petere oportet. — Tum ei colaphum impingere oportet? — Sic censeo (intelligo). — Cur ei alapam ducis? — Nonne jussisti ei me alapam ducere? — Cur castigas hunc puerum? — Quoniam, ut bellua, certavit. — Quomodo certavit? — Calcibus, pugnis, unguibus et morsu certavit. — Visne litteras meas complicare? — Volo eas complicare. — Ad quem mittendae sunt? — Ad peregrinum mittendae sunt, qui apud patrem meum est. — Cur explicas hanc epistolam? — Explico eam, aliquid scribendi causa (1). — Quidnam vis scribere? — Fabulam volo scribere, istius peregrini frontem explicandi causa. — Cur trudis hunc fustem in terram? — Vestem (meam) ad siccedendum ponendi causa. — Habesne sagittas tuas? — Habeo (cas). — Visne hanc avem (telo) petere? — Quamnam avem?

178.

Visne avem petere (telo) eam, quæ sedet in hac arbore? — Num audivisti stridorem (hujus) sagittæ? — Audivi (eum). — Potuistine hanc avem ferire? — Non potui eam ferire. — Cur non potuisti eam ferire? — Petimus, sed non semper petita ferimus. — Quid est, quod non possumus in his ædibus aquam habere? — Non habemus aquam, non venit mercator. — Venitne aqua apud vos (in vestra urbe)? — Venit, nulla est aqua in hac (nostra) terra (regione). — Quid jaculo tuo petivisti? — Aprum, quem conspexi. — Nonne audis stridorem sagittæ? — Audio, aliquis hic aves petit. — Quoties jaculatus es hodie mane? — Quindecies vel vicies jacu-

(1) *Para*, ante un verbo equivalente á *á fin de*, se traduce tambien por *ut*, pero entonces el verbo se pone en subjuntivo y no en gerundio. Mas tarde veremos que el subjuntivo es mas preciso, en cuanto que designa la persona haciendo el acto subordinado al verbo principal; designacion á menudo necesaria, cuando el sujeto del verbo principal y el del verbo subordinado no es, como aquí, el mismo.

latus sum et locum (petita, signum) ne semel quidem ferire potui. — Num sagittas tuas emisisti omnes? — Omnes emisi, ne una quidem mihi manet (superest). — Visne venire domum? — Cur foris non manere? — Turbulenta tempestas futura est. — Etenim cœlum est nebulosum. — Nonne sonitum audis tonitruum? — Sane quidem, modo audivi procul fulminis fragorem ingentem. — Videsne hac procul? imber est, qui cadit ab occasu. — Effunditur. — Nonne vides hic jam grandinare? — Video, credo agros nostros grandine verberatum iri. — Num ventus perflat? — Perflat, vehementer vapulant frondes. — Nonne usque tonationes audis? — Audio, tonare non desinit.

179.

Num gladio ictus fuisti? — Non puto. — Nonne cruentum vides? — Non senseram. — Non amplius (tibi) dimicandum est. — Dimicare usque debeo (Nibi usque dimicandum est). — Nonne spatiū temporis abire potes? — Non possum e prælio cedere. — Cur me pulsasti (pulsavisti)? — Te pulsavi, ludendi gratia. — At enim male mihi fecisti. — Me pœnitit et veniam a te peto. — Quum ludere vis, non pulsandum est (tibi) tam valide.

180.

Quot sagittas emisisti in hanc avem? — Duas emisi sagittas in eam. — Occidistine eam? — Occidi eam altera sagitta. — Num hanc avem occidisti primo jactu? — Quarto jactu occidi eam. — Utrum petis aves, quas super domibus, an eas, quas in hortis vides? — Neque eas peto, quas super domibus, neque eas, quas in hortis video, sed eas, quas in arboribus aspicio. — Quoties hostes nobis tela ingessere? — Plures nobis tela ingessere. — Num quem occiderunt? — Neminem occiderunt. — Tibine libet hanc avem (telo) petere? — Mihi libet eam (telo) petere. — Cur has aves (telo) non petis? — Nequeo, nam tela mihi desunt. — Quando jaculabatur præfectus? — Jaculabatur, quum milites ejus jaculabantur. — Quot aves (telo) petivisti? — Sagittas in omnes emisi, quas aspexi, nullam autem occidi; arcus enim meus non erat bonus.

181.

Conjecistine oculos in hunc virum? — Conjeci oculos in eum. — Tene vidit avunculus tuus? — Eum præterii, nec me vidit, laborat enim (ex) oculis. — Tibine hic homo fecit (intulit) aliquid mali? — Nihil, domine, nec mihi quidquam intulit injuriæ. — Quid faciendum est, si quis vult amari?

— Benigne facere oportet eis, qui nobis male fecerunt (injuriam intulerunt). — Vobisne unquam nos mali quidquam fecimus ? — Imo contra benigne nobis fecistis. — Num in quem infers injuriam ? — Nullam in quemquam infero injuriam. — Cur male fecisti his pueris ? — Eis nihil male feci. — Tibine aliquid feci mali ? — Non tu quidquam mihi mali fecisti, sed liberi tui (fecerunt). — Quid tibi fecerunt ? — In hortum me traxerunt, verberandi gratia (me). — Tene verberaverunt ? — Me non verberaverunt, ego enim aufugi. — Tuus frater isne est, qui injuriam in filium meum intulit ? — Meus frater, Domine, non is est, namque nulli unquam injuriam attulit. — Bibistine de hoc vino ? — Bibi, et mihi saluti fuit. — Quid fecisti (de) meo libro ? — Posui eum in mensam. — Ubi nunc est ? — In mensa est. — Ubi sunt meæ manicæ ? — Jacent in sella. — Ubi est baculus meus ? — In flumen jactus fuit. — Quis jecit (eum illuc) ?

182.

Num conjecisti oculos in hanc tabulam ? — Spectabam eam, quum tu eam præteriisti. — Quid tibi videtur (de ea) ? — Pulcherrima mihi videtur. — Nonne arbores tibi male depictæ videntur ? — Recte dicas, perperam spectaram. — In quidnam (quam rem) habes (tenes) oculos defixos (In quidnam sunt tibi defixi oculi) ? — In ea, quæ decidunt e fenestra. — Nonne ea vides chartæ esse fragmenta ? — Oculorum tibi conjectus ad bene videndum satis est. — Incurrit illud in oculos. — Recte loqueris, in puncto temporis hoc cerni debet (cernere est). — Num milites jacula emiserunt (sua) ? — Jaculati sunt, simul ac fuerunt ad teli jactum. — Num erant extra teli jactum ? — Erant extra teli jactum, neminem enim percusserunt (contingere potuerunt). — Cur saxa mihi jactas ? — Non convertebas (conjiciebas) oculos in me, itaque lapides ad te (in te) jactavi. — Quonam abjecisti chartas tuas ? — In flumen abjeci eas. — Cur eas non retinuisti ? — Quid ex iis mihi faciendum erat ? — Debuisti servare eas, in ignem conjiciendi causa (eas). — Cur non venisti ? — Non potui venire. — Tibine hoc molestum fuit ? — Valde molestum hoc mihi fuit. — Nihil damni fecisti, hilaris namque non eram. — Risum tibi movere poteram, veniendum fuit. — Tibine aura saluti est ? — Frigidula est, sed hoc mihi non nocet. — De quo vino sumpsisti ? — De eo sumpsi vino, quod in mensa erat. — Prave (Perperam) egisti, oportuit sumere de eo, quod super fenestra erat. — Nonne est ex eodem dolio ? — Imo vetustum (veterius) est vinum.

183.

Expeditne eum adire? — (Id) Expedit. — Expeditne egredi? — Non credo illud conducere; nimis frigidum est (frigus nimium est). — Nonne satis adbuc valeo (Nondum satis valeo)? — Imo, frigus tibi nocet. — Num ei usui est hunc librum legere? — Labori ejus id non admodum conductit. — Quid expedit facere? — Hoc nunc maxime prodest, nihil agere (Quod nunc plurimum expedit, otium est). — Emistine arcam tuam? — Non prodest emere; unam mihi frater commodat. — Quid tibi profuit peregrinari? — Plus opinione mihi profuit. — Quemnam in usum tibi hic fustis potest esse? — Multum mihi potest prodesse. — Quid? — Possum ex eo manubrium securi meae facere. — Gur vis ei male? — Quia semper in culpa est. — Num quid mali cuiquam facit? — Nihil mali cuiquam facit. — Num sol nocet hisce tabulis? — Nocet (eis), operienda fenestra est. — Num quid imber detrimenti fecit fructibus nosiris? — Nihil eis detrimenti fecit. — Gur salutem Marco non impertisti, quum eum præterivisti (prætergressus es illum)? — Eum præterii, nec vidi (inscius). — Hoc molestum est. — Quid ex eo fieri potest? — Cogitaturus est (1) id te consulto fecisse (id te de industria fecisse). — Non metuo (illud). — Id ego tibi metuo. — Me novit, scit in via me nunquam esse ubi sum. — Ubinam tu es tum? — Res in mente omnigenoris habeo, nec quidquam specto. — Sed nonne vides (visione uteris)? — Persæpe non video (non utor). — Quemadmodum (igitur) deducis te? — Inconsulto deduco me. — Num unquam istius vocem audisti (audivisti)? — Semel vel bis eam audivi. — Cujusmodi est vox ejus? — Clara ei vox est, et celerrime loquitur. — Quemadmodum exprimit litteram *s*? — Quum eam exprimit, fere sibilat.

184.

Non video manicas meas, ubi sunt? — In fluvio sunt. — Quis injecit eas (illuc)? — Servus tuus, nam omnino tritæ erant. — Quid fecisti pecunia tua? — Ea emi (mili) domum. — Faber lignarius quid fecit (ex) illo ligno? — Mensam (unam)

---

(1) *Cogitaturus est* enuncia el hecho como debiendo acon-  
tecer positivamente; para enunciarlo solamente como posible  
ó eventual, nos servirémos mas tarde del subjuntivo, que  
expresa esta diferencia de duda: *Futurum est, ut cogitet*, etc.,  
acontecera que pueda pensar; — ó *est, ut cogitet, id te*  
*consulto fecisse*, es posible, que él piense que V. lo ha hecho  
adrede.

fecit et duas sellas (ex eo). — Sartor quid fecit (ex) eo panno, quem ei dedisti? — Vester fecit pueris tuis ac meis. — Pistor quid fecit ex farina, quam tu ei vendidisti? — Panem tibi mihi fecit. — Num equi reperti sunt? — Sunt reperti. — Ubi inventi sunt? — Pone silvam inventi sunt, citra flumen. — Num tu a quoquam visus fuisti? — A nemine visus sum. — Num quem praeteriisti (praetergressus es)? — Te praeterii (praetergressus sum), tu autem me non vidisti. — Num quis te praeteriit? — Nemo me praeterit.

185.

Exspectasne quemquam? — Exspecto sobrinum meum, tribunum militum; nonne tu vidisti eum? — Vidi eum hodie mane, aedes (domum meam) praetergressus est. — Quid exspectat hic juvenis? — Exspectat pecuniam. — Num quid exspectas? — Librum meum exspecto. — Hic juvenis exspectatne pecuniam suam? — Exspectat eam. — Num rex hac praetervectus est? — Non hac, sed (præter) theatrum praetervectus est. — Nonne fontem novum praetervectus est? — Praetervectus est, sed ego non vidi eum. — Quomodo traducis tempus? — Studendo traduco tempus. — Quomodo frater tuus traducit tempus? — Tempus terit legendo et ludendo. — Laborandone consumit tempus iste homo? — Homo est nullius pretii, tempus bibendo et ludendo consumit. — Quomodo traducebas tempus, quum Berolini eras? — Quum Berolini eram, tempus traducebam studendo et equitando. — Cui rei liberi tui impendunt tempus? — Tempus discendo impendunt. — Potesne mihi solvere, quod mihi debes? — Non possum id tibi solvere, nam filius meus pecuniam allaturus meam defuit. — Cur sine me jentavistis? — Nona hora venturus defuisti, itaque jentavimus sine te. — Tibine mercator attulit textum, quod apud eum emisti? — Allaturus defuit. — Idne tibi tua fide vendidit? — Imo contra, id mihi praesenti pecunia vendidit. — Novistine istos? — Non novi eos, sed credo eos nullius esse pretii (nihil esse), nam tempus terunt ludendo. — Hodie mane ad patrem (in patris domum) venturus, cur defuisti? — Sartor non attulit mihi, quam pollicitus erat vestem, itaque non poteram ire (illuc).

186.

Num quid de quoquam audivisti? — Nihil de quoquam audi, nam non sum hodie mane egressus. — Nonne audivisti de centurione, qui militem occidit (necavit)? — Nihil audivi de eo. — Audivistine de fratribus meis? — Nihil audivi de eis. — De quo (homine) sobrinus tuus audivit? — De quodam

audivit, cui calamitas accidit. — Cur discipuli tui themata non fecerunt? — Tibi assevero (confirmo) eos fecisse (illa). — Quid de meo libro fecisti? — Assevero tibi me eum non vidisse. — Habuistine cultros meos? — Assevero tibi me non habuisse eos. — Num avunculus tuus jam advenit? — Nondum advenit. — Visne exspectare, dum reddit? — Non possum manere, nam litteræ mihi sunt magnæ scribendæ. — Quidnam comperisti novi? — Nihil novi comperi. — Num rex se tibi adjutorem professus est? — Professus est (se mihi adjutorem). — Quid tibi evenit? — Calamitas magna mihi accidit. — Quænam? — Homini occurri omnium mihi inimicissimo, qui fustis mihi ictum ingessit.

187.

Fuistine unquam in hoc vico? — Pluries ibi fui. — Suntne ibidem boni equi? — Ne unus quidem ibi est; nulla alia sunt ibi jumenta, nisi (*ou* quam) asini. — Fuistine unquam in hac regione? — Semel fui ibi. — Suntne ibidem multi docti? — Multi sunt (ibi), sed consumunt tempus legendo. — Suntne multi pueri studiosi in hoc vico? — Multi sunt, sed quidam etiam sunt (ibi), qui studere nolunt. — Sciuntne rustici hujus vici legere et scribere? — Nonnulli sciunt legere, alii scribere, non autem legere, aliique sciunt scribere et legere; nonnulli sunt, qui nec legere sciunt nec scribere. — Fecistisne themata? — Fecimus (ea). — Mendane sunt in eis? — Nulla insunt menda (in eis), nam fuimus perstudiosi. — Suntne amico tuo multi liberi? — Unum solum habet, qui vero nebulo est, nam studere non vult. — Quomodo traducit tempus? — Tempus terit ludendo et currendo. — Cur eum pater non castigat? — Nullus ei animus est ad illum castigandum. — Quid fecisti texto, quod emeras? — Abjeci (id), nam nullius erat pretii. — Abjecistine (Projecistine) mala tua? — Gustavi ea, et visa mihi sunt perbona, itaque edi ea.

188.

Jamne diu es Lutetiæ? — Anni sunt quatuor. — Frater tuus jamne diu Londini est? — Anni sunt decem, quum ibi est. — Jamne pridem prandisti? — Jam pridem prandi, sed non dudum cœnavi. — Quam dudum cœnasti? — Abhinc horis duabus et semihora. — Jamne pridem nullas accepisti a patre tuo litteras? — Non dudum est, quum unas accepi. — Quam pridem est, ex quo nullas accepisti litteras ab illo tuo amico, qui in Germania est? — Mensibus abhinc tribus unas accepi. — Jamne diu est, quum collocutus es cum illo homine, cuius filius pecuniam tibi mutuam dedit? — Non

dudum cum eo collocutus sum. — Jamne pridem parentes tuos non vidisti? — Diutissime est, quum eos non vidi. — Num diu filius amici mei habitat in ædibus tuis? — Quindecim jam sunt dies, quum ibi habitat. — Quam dudum habes hos libros? — Tres sunt menses, ex quo eos habeo. — Quam dudum consobrinus tuus profectus est? — Plus mense abhinc (Diutius mense) profectus est. — Quid homine illo factum est, qui anglice loquebatur tam recte? — Nescio, nam eum jam diu non vidi. — Jammæ diu non audivisti quid de præfecto illo, qui gladio feriit amicum tuum? — Plus anno est, ex quo nihil audivi de eo. — Quandiu discis latine? — Vix tres menses disco. — Scisne jam loqui? — Vides me incipere loqui. — Jamne diu gallicorum patriciorum liberi discunt (latine)? — Jam quinque annos discunt, nec dum loqui incipiunt. — Cur non sciunt loqui? — Loqui non sciunt, quia male discunt. — Cur non discunt bene? — Magister eis non est idoneus, propterea que non discunt bene.

189.

Jamne diu adolescentem non vidisti eum, qui germanice didicet apud eundem magistrum, apud quem nos didicimus? — Anni sunt duo, ex quo eum non vidi. — Quandiu non edit ille puer? — Minutis abhinc nonnullis edit. — Quandiu hi pueri non biberunt? — Abhinc horæ quadrante biberunt. — Ex quo tempore amicus tuus est in Hispania? — Mense abhinc uno ibi est. — Quoties vidisti regem? — Sæpius, quam decies, eum vidi, quum eram Lutetiæ. — Quando occurristi fratri meo? — Diebus abhinc quindecim ei occurri. — Ubi ei occurristi? — In foro (Apud forum) pro (præ)theatro. — Tibine mali quidquam fecit? — Nihil mihi fecit mali, puer enim est optimus. — Jamne diu filius tuus scit legere? — Duo demuin dies. — Apud quem id didicit? — Apud ludi magistrum didicit. — Quandiu est, quum consumis tempus studendo? — Anni sunt circiter viginti.

190.

Num qua (aliqua) hodie coemisti? — Aliqua coemi. — Quid coemisti? — Dolia emi vini tria, saccharique libras (ou pondo) triginta. — Nonne tibialia emisti? — Novem paria emi. — Num emisti etiam fasciolas? — Duodenas binas emi. — Cur non emisti annulos aureos? — Nihil jam emere poteram, nam pecunia mihi nulla erat amplius. — Multine sunt milites in regione tua? — Legio ibi est trium millium hominum. — Quandiu est, quum consobrini tui pecuniā servō? — Vix annus est, ex quo eam servas. — Nonne id ei plus obest quam prodest?

— Id ei conductit, quando quidem id te oravit. — Num legere censes mihi prodesse? — Tibi nondum conductit legere. — At legere incepavi. — Et quid tibi visum est? — Mihi vi-sus sum satis facile legere. — Namque incidisti in librum quemdam lectu facilem.

191.

Quis iste est (homo), qui modo tecum collocutus est? — Doctus est vir (quidam). — Sutor quid modo attulit? — Ocreas modo attulit calceosque, quos nobis confecit. — Qui sunt isti (homines), qui modo advenerunt? — Philosophi sunt. — Cujates sunt? — Londinenses sunt. — Quis est homo ille, qui modo prefectus est? — Britannus est quidam, qui rem suam omnem (familiarem) in Gallia effudit. — Cujas tu es? — Hispanus ego sum et amicus meus Italus est. — Visne ferrarium arcessere? — Cur ferrarius mihi arcessendus est? — Oportet eum mihi confidere clavem (1); namque perdidii cubiculi mei clavem. — Ubi prandit heri patruus tuus? — Apud cauponem prandit. — Quantum expendit? — Triginta sestertios expendit. — Quantum est ei in menstruum sumptum? — Bina sestertia (millia nummum) ei sunt in menstruum sumptum. — Num lorarius arcessendus est? — Arcessendus est, nam oportet eum ephippia resarcire. — Videlicet quemquam in macello? — Multos ibi vidi (homines). — Quemadmodum vestiti erant? — Alii cœrulea veste induiti erant, alii viridi, nonnulli crocea, compluresque rubra.

192.

Quinam sunt illi homines? — Hic, qui cinerea veste induitus est, vicinus est meus, et ille nigra indutus medicus est iste, cuius filius vicinum meum fuste percussit. — Quis est iste (homo) viridi veste indutus? — Unus est e cognatis (propinquis) meis. — Tunc es Berolinensis? — Non, Dresdensis sum. — Quantum pecunie expenderunt hodie liberi tui? — Haud multum expanderunt, sestertios quindecim tantum expanderunt. — Tibine fideliter (bene) servit hic homo? — Optime (fidelissime) mihi servit, at nimis expedit. — Visne tibi hunc famulum sumere? — Eum volo mihi sumere, si mihi servire vult. — Num istum famulum possum

(1) En esta suerte de frases, como hay impulsión dada ó por dar, el subjuntivo con *ut* es más expresivo, como se verá: *oportet ut is mihi clavem conficiat*, es necesario que él me haga una llave.

mihi sumere? — Potes eum tibi sumere, nam optime mihi ministrabat. — Quandiu jam desit tibi famulari? — Menses tantum duo sunt. — Tibine diu serviit? — Mihi (per) annos sex serviit. — Quantum dabas ei in singulos annos? — Quingenos ei nummos dabam neque eum vestiebam. — Edebatne apud te? — Edebat apud me. — Quid dabas ei edere? — Dabam ei de rebus omnibus, quas edebam. — Tibine satisfaciebat? — Valde mihi satisfaciebat. — Quanta est tabula tua? — Aequa est magna ac tuum speculum. — Num tanta est quanta haec? — Eadem fere magnitudinis est. — Cursitis me? — Quod penulam (tuam) trahis. — Visne mihi eam in humeros reponere? — Id quidem ago. — Num etiam traho eam? — Videlicet jam non trahis, quando quidem eam reponui. — Visne hunc locum recitare? — Quemadmodum ego recito, eum depravare metuo.

193.

Num multi sunt philosophi in patria tua? — Tot ibi sunt, quot in tua. — Quemadmodum haec vestis me decet? — Admodum te decet. — Quemadmodum hic petasus decet fratre tuum? — Mirum in modum eum decet (Eum adeo decet, ut nihil supra). — Num frater tuus tam longus est, quam tu? — Longior me est, at ego natu sum (eo) major. — Quanam statura est ille homo? — Est quinque pedes et quatuor pollices (digitos) (excelsus). — Quanta est cauponis nostri, domus in altitudinem? — Sexaginta pedes alta est. — Num puteus tuus altus est? — Certe, domine, nam quinquaginta pedes habet in altitudinem. — Quandiu jam famulantur tuo patri hi homines? — Jam plus (diutius) est tribus annis, ex quo ei serviunt. — Jamne diu sobrinus tuus est Lutetiae? — Annis abhinc sex ibi est. — Quis cultrum meum detrivit? — Nemo detrivit eum, nam detritus erat, quum nobis opus fuit eo uti (ou quum eo nobis usus fuit). — Verumne est patrum tuum advenisse? — Confirmo (Assevero) tibi eum advenisse. — Verumne est regem se tibi adjutorem professum esse? — Confirmo (Assevero) tibi hoc esse verum. — Verumne est sex millia hominum (eos), quos exspectabamus, advenisse? — Id audivi. — Visne nobiscum prandere? — Non possum vobiscum prandere, nam modo edi. — Vultne frater tuus calicem vini bibere? — Non potest bibere, nam assevero tibi eum modo bibisse. — Num abjicis petasum tuum? — Non abjicio eum; nam me adeo decet, ut nihil supra (me decet mirum in modum). — Venditne amicus tuus vestem suam? — Non vendit eam, nam eum quam maxime (apprise recte) decet. — Multi sunt docti Berolini, nonne? interrogavit Cuvierus

Berolinensem quemdam. — Pauciores, quam quum tu ibi eras, respondit ille Berolinensis.

194.

Cur hunc hominem miseraris? — Miseror eum, quoniam pecuniam suam commisit Hamburgensi cuidam mercatori, qui eam illi reddere non vult. — Num quid huic civi committis? — Nihil ei committo. — Num quid jam tibi servavit? — Nihil ei unquam commisi, itaque mibi nihil servavit. — Visne pecuniam tuam patri meo credere? — Volo eam illi credere. — Quodnam arcanum filius meus tibi credit? — Tibi non possum (id) committere, quod mibi commisit, nam me oravit id silentio tegere. — Cuinam committis arcana tua? — Nulli cuiquam ea committo, propterea que nemo ea cognoscit. — Num frater tuus præmio donatus est? — Imo contra castigatus est, sed te rogo id silentio tegere, nam nemo id scit (clam enim id est omnibus). — Quid ei evenit? — Tibi (id) dicturus sum, quod ei evenit, si polliceris mihi id te silentio tectorum esse (si mihi promittis id silentio tegere). — Mihine polliceris id te silentio tectorum esse? — Id tibi polliceor, nam miseror eum ex animo. — Mihine manere suades? — Non suadeo tibi proficisci (Non sum tibi auctor proficiscendi).

195.

Num quis se oifert venturus tecum? — Sobrinus meus se obtulerat, sed ei jam non est tempus. — Nonne magis (meilius) curas vestes tuas (Nonne majorem habes curam vestium tuarum)? — Eas habebam curæ, sed ægrotavi, et eas curare nequivi (nequibam). — Quid tibi est cordi? — Mihi est cordi laborem meum perficere. — Qua lege mihi das hoc? — Nulla lege hoc tibi do. — Num ei tribuis nequitiae, schedulam abstulisse (1)? — Non, sed opinor me posse id ei criminare. — Quin proficisceris? — Mihine proficiscendum est? — Quid est, quod cunctaris? — Namque cogito mibi non esse tempus eo usque eundi. — Visne me pro te illuc ire (2)? — Gratum mihi facis, non enim est cunctandum in hujus modi

(1) Con el subjuntivo, podrémos decir mas tarde: *num ei tribuis nequitiae (id), quod schedulam abstulerit*; lo que es un empleo condicional del subjuntivo expresando no ya el hecho, pero la idea del hecho, mientras que el infinitivo *abstulisse* subordina el hecho positivo al verbo principal en cierta suerte como régimen directo.

(2) Con el tiempo dirémos tambien: *Visne (ut) eam illuc pro te*, lo que es el subjuntivo expresando impulsión.

negotiis. — Cur objurgaveras heri vespere filium meum? — Quod ne unum quidem verbum thematum suorum scripserat. — Te oro ei parcere, nam paululum nunc ægrotat. — Nesciebam, sed ejus rei rationem sum habiturus.

196.

Cur tam cito (c) rure abiisti? — Quod non desinebatur illic esse et bibi. — Me profecto, quid egerunt? — Scilicet, male de te dixerunt. — Et his auditis, nihil dixisti? — Nihil, abi etiam, meam vicem obtinendi gratia. — Num quis tibi dixit de te male dictum fuisse? — Familiaris quidam meus, qui manserat, id mihi dixit. — Hic mos est (Mos ita est) istiusmodi hominibus. — Me vocas? — Tibine tempus est? — In puncto temporis tibi præsto sum. — Perscriptis thematibus meis, te voco, latine loquendi gratia. — Tibi semper præsto sum. — Te egresso, nemone adest apud te (domi)? — Nemo. — Non cognito, te esse in urbe, dictum fuit te ruri esse. — Comperto te advenire, adcurri.

197.

Quem miseraris? — Hunc miseror (hominem), qui vapulavit. — Cur miseraris eum? — Quod ægrotat. — Num Prænestini mercatores miserantur quempiam (1)? — Neminem miserantur. — Offersne mihi aliquid? — Annulum tibi offero aureum. — Quid tibi pater meus obtulit? — Pulchrum librum mihi obtulit. — Cuinam tu offers pulchros hos equos? — Gallico centurioni offero eos. — Num offers pulchram hanc rhedam patruo meo? — Eam illi offero. — Ubi lavantur homines hujus regionis? — In lacu lavantur. — Quonam ire possum lavatum (me)? — Lavatum ire potes in Tuscum vicum. — Num ibi jam tu lavisti? — Nonnunquam ibi lavo. — Quantum hodie retulisti ex alea? — Nihil retuli. — Tu igitur perdidisti? — Verterat fortuna, perdidi. — Visne vestes meas curæ habere? — Tibi confirmo, eas me curæ habiturum (esse). — Visne liberos meos curæ habere? — Volo eos curæ habere. — Num curæ habes librum (illum), quem tibi comodavi? — Summæ curæ mihi est. — Num stabularius curavit equum meum? — Curavit (eum). — Quis potest famulum meum curare? — Mittendus est ad cauponem (in cauponam). — Num censes eum a caupone curatum iri? — Firmiter id tibi affirmo, isti (homini) omnes curæ esse, qui

---

(1) Podría decirse: *num quem Prænestini*, etc., pero *quempiam* es más irónico y más fuerte relegado al fin.

pendere possunt. — Num tempestas mitescit? — Mitescere cœpit. — Cur ad eum tu te vertis? — Eum namque compellare volo. — Quid tibi est? — Male (Haud bene) mihi est, cuncta mihi circumversantur. — Sella tibi sumenda est, et sedendum in ea. — Quid pavescis? — Pavesco (id), quod te ægrotum video. — Non oportet pavere, recte est.

198.

Num servo tuo tuæ vestes curæ sunt? — Ei curæ sunt, quotidie enim verrit eas scopula. — Vidistine (illum) equum, qui effervescebat? — Vidi eum. — Quid pavit? — Multi (homines) circa (circum) eum coierunt, et pavit. — Visne penulam tuam induere? — Eam sum induturus, friget enim (frigus enim est). — Nonne uxor tua vult caput amictu velari? — Mox amictu velabitur, aer est acerrimus. — Num foliæ jam ex arboribus decidunt? — Frigus namque incipit. — Quando tu nostra urbe discedis? — Hodie vesperæ discedo. — Omnes aiebant mensem te hic unum (hic per unum) mansurum esse. — Vulgus facile rapitur ad opinionem (opinione). — Num quis egredi me ex urbe prohibere potest (1)? — Nemo potest prohibere te exire. — Quando tonsus fuisti? — Nudius tertius tonsus fui. — Barba tua jam est longa. — Eam namque pascere volo. — Semper tonderis? — Nunquam memet (mihimet barbam) tondeo, mos est mihi (soleo) tonsorem adire. — Libenter igitur adis tonsorem? — Ubi novi aliquid evenit, id primum illic jam comperio. — Num male fecisti leviro meo? — Non feci ei male; ille vero digitum mihi secuit. — Quomodo digitum tibi secuit? — Secuit me cultro (eo), quem tu ei commodaveras. — Cur irasceris huic puero? — Irascor ei, quod me a labore (laborare) prohibet. — Num te prohibeo (a) scriptura? — Minime, perscripsi literas meas. — Pater tuus advenitne? — In dies singulos ad-

(1) Podrémos decir mas tarde: *num quis prohibere potest, ne urbe exeam?* con el subjuntivo y la partícula preventiva *ne*; construcción menos vaga y preferible sobre todo en la respuesta: *nemo potest prohibere, ne (ó mejor quin) exeras*. Cuando hay impulsión preventiva, usase tambien, en vez de *ne*, de los conjuntivos *quin* y *quo minus* (*ut eo minus*), lo que sirve á expresar algunas diferencias, Ej. Yo no le impido de hablar, *non prohibeo eum, ne (ó quo minus) loquatur*; no puedo conseguir el impedirle de hablar, *non mihi contingit, ut eum prohibeam, quin loquatur*. Verémos á su tiempo como se descompone esta última construcción (*Método*, 78<sup>a</sup> lección, nota 3).

venturus est. — Num ornes adsunt? — Nemo adhuc advenit. — Filione tuo medicus male fecit? — Male fecit ei, digitum enim ei amputavit. — Num crus huic homini amputatum est? — Plane amputatum ei est. — Tibine tuus famulus probatur? — Non ita multum, non enim ei curæ est (id), quod detergendum habet. — Tuusne tibi satisfacit? — Omnino mihi satisfacit, quemquem enim ad usum est idoneus. — Iste igitur peregrinatus est? — Multas obiit regiones.

199.

Quid scit? — Non eruditus homo est, at nihil nescit. — Quicunque (li omnes, qui) multas regiones obierunt, itidem sunt. — Estae famulus tuus peritus equitandi? — Est peritus. — Rediitne tandem frater tuus ex Italia? — Rediit, et tibi pulchrum equum deduxit. — Num ejus stabularius ab eo jussus est illum adducere ad me? — Jussus est (ab eo illum adducere ad te). — Quid dicis de hoc equo? — Dico cum esse pulchrum et bonum, et jussurus sum eum in equile deduci. — Quomodo cras traduxisti tempus? — In ambulationem ivi, deinde symphoniam quamdam auditum. — Num multi erant (homines) in ambulatione? — Multi, et non superpetebant sellæ. — Erasne solus? — Quatuor eramus et duas tantum invenimus sellas. — Non satis erat. — Scilicet binis una sella erat. — Tres ex nobis sellas arcessiverunt. — Quot retulerunt? — Binas singuli retulerunt. — Nimis erat. — Nempe singulis binæ sellæ erant. — Ita est; unicuique nostrum binæ sellæ erant; singuli vero quique unam prodidimus. — Præcidistine hunc fustem? — Præcidi. — Visne spatium in horto deambulare? — Non vacat mihi.

200.

Quid vidisti in ambulatione? — Multos vidi homines. — Et in symphonia? — Audivi symphoniam, sed nihil vidi, sedebam in cavo (quodam). — Quid egisti post symphoniam? — Ivi ad cauponem prandendi gratia. — Lautene prandisti? — Lautissime (prandi), sed nimiam expendi pecuniam. — Quantam expendisti? — Sestertios circiter quadraginta (expendi). — Num tibi tuæ litteræ allatae sunt? — Quaternas exspectabam, binas primo accepi, post unæ mihi allatae sunt. — Quid de quarta epistola factum est? — Fabrisne pecunia data est? — Data est. — Quantum illis datum est? — Singulis omnibus nummi seni dati fuerunt.

201.

Habitatne frater tuus in ædibus tuis? — Non, ædes ejus

meis proximæ sunt, sed binæ ædes unæ sunt. — Num quid tibi excidit (e manibus) ? — Nihil amisi de manibus, sed sobrino meo nummuli aliquot exciderunt. — Quis eos collegit ? — Homines, qui præteribant, eos collegerunt. — Eine restituerunt illos ? — Restituerunt, probi (boni) namque erant. — Quo ibas, quum ego tibi hodie mane occurri ? — Ad patruum ibam meum. — Ubinam is habitat ? — Prope castellum habitat. — Quid igitur patruo (tuo) accidit ? — Aliquid ei incommodi accidit. — Quid ei accidit ? Visne id mihi dicere ? — Dicturus sum (id tibi), sed te oro, ne unum quidem verbum de hac re facere. — Polliceor tibi id (me) clam omnibus tenere (ou habiturum). — Visne mihi nunc dicere, quid ei accidit (1) ? — Decidit, quum ibat in theatrum. — Ægrotatne ? — Graviter ægrotat. — Ex animo miseror eum, si ægrotat. — Tibine contigit invenire petasum ? — Inveni, sed mihi videtur non decere me. — Cedodum, quomodo te decet. — At te decet ut nihil supra.

202.

Quantum distant inter se Lutetia et Londinum ? — Lutetia centum fere leucas a Londino abest. — Longum iter est hinc Hamburgum ? — Longum. — Longene distat hinc Vindobona ? — Hinc leucis circiter centum et quadraginta Vindobona distat. — Num longius est iter a Berolino ad Dresden, quam a Lipsia ad Berolinum ? — Longius est iter a Berolino ad Dresden, quam a Lipsia ad Berolinum. — Quantum abest Lutetia a Berolino ? — Illinc sunt leucæ circiter centum et triginta ad Berolinum. — Cogitasne mox Berolinum ire ? — Mox ire cogito illuc. — Qua causa nunc vis ire illuc ? — Emendi gratia bonos libros et bonum equum, necnon visendi bonos meos amicos. — Num jam pridem non ivisti ? — Biduum circiter non ivi. — Nonne hocce anno ibis Vindobonam ? — Non ibo (illuc), nimis enim longum iter est hinc Vindobonam. — Jamne diu non vidisti illum tuum amicum Hamburgensem ? — Vidi eum diebus abhinc quindecim, non amplius. — Ediscuntne discipuli tui libenter ? — Ægre ediscunt; legere malunt et scribere, quam ediscere. — Bibisne cervisiam libentius,

---

(1) Dicese aquí mas generalmente *acciderit* con el perfecto del subjuntivo, porque hay, como lo veremos mas tarde, *cuestión indirecta*, mientras que con el indicativo la propia construcción es : *visne id mihi dicere, quod ei accidit?* El indicativo *accidit* es el hecho admitido como constante, *lo que ha acontecido*; el subjuntivo *acciderit* es la idea del hechopuesto en cuestión, *lo que ha podido acontecer*.

quam siceram? — Libentius bibo siceram, quam cervisiam. — Juvatne fratrem tuum ludere? — Studere mavult, quam ludere. — Edisne carnem libentius, quam panem? — Hunc edo libentius, quam illam. — Tene magis delectat bibere, quam edere? — Edendo magis delector, quam bibendo; patruus vero meus bibendo magis, quam edendo, delectatur. — Gaudetne levir tuus carne magis, quam piscibus? — Piscibus magis, quam carne, gaudet. — Tibine scribere magis placet, quam loqui? — Utrumque mihi placet (facere). — Delectarisne pullo (gallinaceo) magis, quam piscibus? — Sumisne libentius bonum mel, quam saccharum? — Neutrum mihi volupe est (Neuto delector).

203.

Sumitne libentius pater tuus cafæum, quam theam? — Neutrum ei gratum est. — Quid sumis mane? — Scyphum aquæ sumo, in quem paululum ingero sacchari, pater meus sumit bonum cafæum, fraterculus meus bonam theam, levirque meus boni vini calicem. — Mene potes intelligere? — Non queo, domine, citius enim loqueris. — Visne lentius loqui? — Lentius loquar, si me auscultare vis. — Potesne id intelligere, quod tibi frater meus dicit? — Non possum id intelligere, citius loquitur. — Possuntne discipuli tui te intelligere? — Me intelligunt, quum lente loquor; nam si quis vult intelligi, lente (ei) loquendum est. — Quamobrem nihil emis apud hunc mercatorem? — Mihi libebat apud eum emere duodenas fasciolas, aliquot collicæstia pileumque album; sed caro (magno) nimis is vendit, itaque nihil ego possum apud eum emere. — Visne me ad alium quem ducere? — Te sum ducturus ad filium illius, apud quem proximo tu anno (anno proxime elapso) emisti. — Num tanti vendit quanti hic? — Minoris vendit.

204.

Mavisne in theatrum ire, quam in symphoniam? — Tantumdem delector eundo in symphoniam, quam in theatrum; sed in ambulationem non eo libenter, frequentia enim ibi nimia est. — Juvarisne agnina (ovina)? — Bovina magis delector, quam ovina. — Eduntne liberi tui libentius placentam, quam panem? — Utroque gaudent. — Num libros perlegit omnes, quos emit? — Ingentem emit copiam, itaque omnes legere non poterit. — Visne aliquot epistolas scribere? — Cras scribam, nequeo hodie amplius scribere. — Quando videbis amicum tuum? — Hodie eum invisam, at ficebit. — Ubi egredieris, visne mihi linum emere? — Hodie

non egrediar. — Nemone veniet? — Nemo veniet. — Visne cui primo occurres hoc darc? — Abiturus sum, hoc dare nequibo. — Quid postulas? — Mihine hic bibere dabitur? — Tibi dabitur bibere. — Mihine vestis conficietur? — Duæ (Binæ) tibi conficiuntur vestes, exspectare si voles. — Mihine frumentum parvo vendent (*ou* vendetur)? — Nullum tibi vendent (*ou* vendetur). — Mihine mea tibialia resarcientur? — Non resarcientur tibi. — Ubi vacabis, mene convenies? — Te convenientiam, ubi tibi placebit.

205.

Tibine cras erit pecunia? — Tibine satisfaciam, si pecuniam tibi dedero? — Mihi non opus erit: si mihi credis, hanc tibi servabis. — Tum ad te nonnihil feram. — Domi non ero. — Ubinam eris? — Peregre ero; cras proficiscar. — Priusquam proficisceris, poterisne mibi dicere, quo ibis? — Continuo hoc tibi dicam: Londinum eo. — Te eo consequar. — Me consequeris eo, si te juvabit. — Quum frater meus præterveniet, num tu ei dicere voles, me non potuisse eum manere? — Mihi igitur is exspectandus erit? — Eum exspectabis, si licebit tibi. — Quando venibit equus tuus? — Venabit intra dies octo.

206.

Filius tuus venturusne est? — Nescio. — Cur nondum advenit? — Via erraverit (*Ex via aberraverit*). — Vidistin' pluviale meum? — Non vidi. — Alicubi illud posuero, et id (quod) deinde oblitus ero. — Moxne perscripseras? — Intra quadrantem horæ perscripsero. — Non absolveris, quum tuus frater adveniet. — Absolvero. — Num quis venit? — Villicus tuus modo venit; te parumper exspectavit. — Tune jussisti eum exspectare? — Minime eum detinui. — Quid ais? — Steterit ante lagenam, neque biberit. — Mihi non venit in mentem hoc ei offerre. — Ea causa abierit: nimis eum cruciabas. — Longe abesse non debet; cum assecutus ero. — Mane: lagenam vidit, redierit. — Cur non jubes tecum aedium restitu? — Jussero, sed hodie vespere proficiscar. — At ego id faciendum curabo, si placet, te absente. — Conductor scripsero hujus me rei curam tibi dedisse.

207.

Num invenis libellum tuum? — Invenire (eum) non possum. — Si non invenies, ego invenero. — Scio ubi est. — Prius invenero, quam cœperis quærere. — Quid cessas? — At semper festinas. — Ali! si pergis, abiero. — Fecero. —

Si non corrigetur, de istoc ego videro. — Frater tuus non veniet. — Et qui fiet auctio ædium suarum? — Mihi dixit, se quemdam exspectaturum esse familiarem suum, qui mox adveniet. — Quando ita vult frater, de istoc ipse viderit. — Nihilne habes illi dicere? — Nihil. — Quænam hic habes? — Publicanorum litteras. — Eas paulo post videro, in senatum eo. — His te negotiis exsolves, et illis hominibus morem gesseris. — Gedodum, tibi simul morem gessero. — Quod ad Fufi rem spectat, (id) videro; nihil possum, sed filio ejus operam potero navare. — Num metuis hunc sumere cultrum? — Si eum sumpsero, me resecabo.

208.

Num censes id tibi bene cessurum esse? — Magnam experiar difficultatem. — Solves (eam), novi te, neque desines, donec perfeceris hoc. — Quid quæris? — Pileum meum. — Qui pileum meum invenerit, is mihi operam navaverit haud levem. — Si invenero (eum), tibi non navavero operam, imo contra nocuero; foras enim egredieris, et pluit. — Num lux oculos tibi lædit? — Si me læserit, id tibi dicam. — Si tibi strepitus incommodum (molestum) fuerit, desinemus. — Ei os læsit, et ille oderit eum. — Num dignitas obloquio mero læditur? — Ei semper obloqueris. — Hoc tu si mihi credis, non eum appellabis, interpellabis, obloqueris, denique colloqueris, nisi cum summa modestia. — Sunt sorori meæ comæ per pulchræ. — Tibi quoque, amice, cæsaries pulchra est. — Dum illa comitur, annus est. — Tu autem, nonne consumis universum mane tibi unguis resecando, componendo et limando? — Verum, (est); sed mene oportet præ desperatione comas scindere?

209.

Surgisne mature (e lecto)? — Multo mane surgo (e lecto). — Et num sero is cubitum? — Eo cubitum occidente sole. — Surgisne oriente sole? — Quota hora sol oritur? — Quarta hora oritur et septima occidit. — Num vidisti lucere aliquid? — Sunt in aere sæpe ignes, qui oriuntur simul atque occidunt. — Unde oriuntur? — Alii e spatio cœli, atii e terra (ex humo) oriuntur. — Estne patricio loco ortus? — Non, equestri loco ortus est. — Tigris ex Armeniæ montibus oritur. — Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur.

210.

Nonne liberis tuis aliquantulum blandiris? — Evidem equo meo blandior manu et voce. — Nonne tibimet non nun-

quam assentaris, ubi recte sentire te credis? — Libenter audis te esse blandum? — Nolo acerbus et insuavis haberi. — Adulator tu es, hoc palam est. — Sed nemini adversor, ei morem paulo post gerendi causa. — Assentator non es. — Sed non litigo consulto, blandiendi gratia. — Probus es vir et verecundus. — Et non sum adulator. — Id quidem tu tibi persuades, adulatorem te non esse. — In hoc tibi plane assentior. — Adulatorem me esse nunquam credam, hominem levem atque fallacem, qui ad voluptatem facit ac dicit omnia, nihil ad veritatem.

211.

Nihilne aliud tibi est præter ea? — Nihil, nisi (præter) arcæ tuæ clavis (clavem). — Quid ei fecisti, quod lacrimatur? — Nihil egi (feci), præterquam quod eum monui. — Age, agendum, non est infantis instar plorandum. — Jam tu es surrectus (e lecto), nihil aliud, quam discursas. — Nihil aliud mihi, quam sursum et deorsum eundum est. — Quid ais? — Modo tacendum tibi est, audies. — Existimabam nihil aliud, quam de me sermonem esse. — Verum (est); aiebamus (aiebatur) nihil te aliud, nisi de ludo cogitare. — Apud vos domum alius alio vos itis deambulatum? — Pedibus ego deambulo, uxor rheda, filius equo circumvehitur, liberosque hujus ducent famuli ambulatum.. — Isne militiæ est expertus? — Omnes est militiæ artes edoctus. — Hiccine eum præclaræ facinora edocet? — Mala eum facinora edocet. — Mala præcepta difficile dedocentur. — Quum pater venerit (tuus), de adventu suo me docebis. — Quænam (Quasnam artes) doceatur? — Multa (multas) docetur (artes): fidibus, equo, græcis latinisque litteris, motus dare (ad modos saltare). — Lanista erudit eum in ludo gladiatorio. — Eruditur in germanica, britannica et hispanica lingua.

212.

Numquid vis amplius (Nihilne tibi quidquam amplius libet)? — Egone, quid velim? Velim.... nescio quid (1).

---

(1) No debe perderse de vista, en todo lo largo del presente tema, que el presente del subjuntivo latino es *exclusivamente* futuro condicional, esto es condicional presente en vista de una accion debiendo realizarse ó supuesta deber realizarse. Difiere en ello del imperfecto del subjuntivo (lección siguiente), que es condicional pasado y, como tal, no representa el condicional presente sino en vista de una accion que tuvo lugar ó se supone haberlo tenido, es decir no representa, por decirlo

— Tu<sup>\*</sup> autem? — Egone? nolim (1) cæterarum rerum te socordem (esse) eodem modo. — Nihilne me celas? — Tene celet tam insperatum gaudium? — Scis igitur aliquid? — Quid ego nesciam? — Hoc me certiorem possis facere? — Aliud tibi quiddam velim dicere. — Mori me malim, quam auscultare tibi. — Id scis, et pateris eum inscientem manere? — Quidni patiar? — Nonne illum objurgas (reprehendis)? — Non. — Quod fecit, (id) tibi probatur? — Non. Malim quidem hoc adhuc integrum esse. — Recte admodum. — Sed quid faciam amplius? — Quid facias? Eum cogam, etiamsi nolit, aliter agere. — Non ausim; tu vero, qua fiducia audeas? — Nonne hoc potest melius fieri? — Rem tu impeditam et perditam non restituas. — Verum id quidem queam conari. — Avunculus ejus sanguine est ictus. — Filius igitur tuus multam impendit pecuniam? — Croesus ei si sit pater, nunquam sufferre ejus sumptus queat. — Minor est natu, emendabitur. — Nolo usque dum exspectare. — Ain' tu? — Cur insano serviam? — Modum sumptibus ejus statuam, et eum dicto cogam audientem esse. — Quid agas cum illo, qui neque jus, neque bonum, neque æquum scit?

213.

Debeas, credo, mihi nonnihil, quod (qui) januam hanc patefeci. — Egone? Te pro hoc facinore quid donem? — Cedo, quid venire in mentem nunc possit tibi? — Quid? Tene laudem? — Laudasti jam. — Tibine dem argentum? — Nolim. — Tibine dem aurum? Non accipias. — Nescias.

---

asi en este caso, sino el futuro condicional pasado tomado en presente, por ejemplo aquí, *quid vellem* (imperfecto)? *Vellem* .. significaria propiamente: ¿Que hubiera querido yo? Yo habria querido... expresion retroactiva de sí misma, pudiendo aplicarse al pasado como al presente en vista del futuro, y por consiguiente ménos nítida, ménos precisa y viva.

(1) En conformidad á la nota precedente, *nolim* (presente de subjuntivo) expresa, en calidad de futuro condicional, que es una recomendacion hecha para el porvenir, en vez que *nollem* (imperfecto de subjuntivo) expresaria un voto formado concerniente al pasado; posible es que este pasado dure todavía y que, en este caso, la recomendacion pueda aplicarse al presente; pero entonces se hace una recomendacion general, abstraccion hecha del tiempo. *Nolim te esse*, no quisiera yo que V. sea (ó fuese) *en lo venidero*; *nollem te esse*, yo no hubiera querido que V. fuese, en el pasado, y solamente por extension en el presente.

— Qua fiducia ego tibi nummos præferre audeam? — Quamobrem, quæso, periculum non facias? — Tune id accipias? — Quidni accipiam? — Si frugi sit, mirer. — Frugi erit, hoc in me recipio. — Factum tibi placet? — Non, si queam mutare; nunc, quum non quo, æquo animo fero. — Mene (tu) rogas? — Quem ego igitur rogem, qui hic neminem alium video? — An tu fuste tuo careas, si sit opus? — Ego sine fuste ambulem; in manu nihil habeam? Fieri non potest. — Vestes mutandæ sunt tibi. — Ubi mutem? — Habesne pluviale? — Quid illo facias? Splendide sudum est. — Num moleste seras, si sis manere jussus? — Multo (1) malim abire, quam manere. — Et te si quis quæritet, quid ego dicam? — Dicas me redditum esse. — At is si nolit manere, quid faciam? — Sinas illum abire.

214.

Nostin' sobrinum meum? — Quid ego illum non norim? — Quid tum ego ejus tibi indolem prædicem aut laudem? — Velim eum a te invitari ad prandium. — Hoc me juvaret facere, sed hodie vespere profiscor. — Habesne penulam? — Habeo, sed quid illa facias? Tibi brevior (brevis nimis) est. — Non metuas ne illam teram. — Solvistine nomen tuum? — Solvi, sed alterum si mihi sit solvendum, actum sit (de me). — Si usus veniat, nonne meam tu operam invocare possis? — Tute hinc abis? — Quo abeam? — Ad patrem meum. — Quid faciam apud patrem tuum? — Ego eam apud illum, qui me recipere non vult? — Cur eum non objurgasti? — Diceret: quid feci? — Cur hanc vestem induisti? — Aliam induerem (2), si haberem. — Nonne eam mutare

(1) Hemos visto (*Método*, 37<sup>a</sup> lección, nota 8) que mucho, un poco, demasiado con un comparativo se traduce por el ablativo de *multum*, *paulum*, *nimum*: *multo*, *paulo*, *nimio*; esto tiene lugar igualmente en los relativos y sus correlativos, *quo*, *quanto*, *eo*, *tanto*, y aun en *ut* que se convierte entonces en *quo*: *quo magis* (por *ut magis*), *quo minus* (por *ut minus*). En general, todo adjetivo ó pronombre expresando el grado ó medida de una voz ó de una locución comparativa, se pone en ablativo: *paulo ante* (y no *paulum*); *plurimis post diebus* (y no *plurimos dies*); *nihilo aliter* (y no *nihilum ó nihil*). Igualmente aquí *multo maior* (y no *multum*).

(2) Lo que significa á la vez: si yo hubiese tenido y si yo tuviese otro, me lo habría puesto y me lo pondría, segun la extensión de la continuación del discurso: una ú otra significación aquí son indiferentes. Verémos (*Método*, lección 74<sup>a</sup> y 75<sup>a</sup>, *Obser. A.*) que echando mano del plusouamperfecto del subjuntivo (expresando anterioridad): *aliam induissem*, *si*

vis? — Ubi mutem? — Apud mercatorem quemlibet. — Prædiceres; nunc sero est. — Cur hoc fecisti? — Id ego non facerem, quod tutemet ante me fecisti? — Quonam tu te pacto hinc expedisti? — Admodum impeditus eram. — Os tuum illa die tunc videre veltem. — Si egrediar ego, num tu quoque egrediaris? — Si sudum sit, egredi possim. — Si id cogites, num id facias? — Si deambulare tibi liberet, non posset fieri. — In prælio non adfuisti? — Arma non habebam; qui adesse possem? — Peteres (arma), etiam sumeres denique curares ne abesses.

215.

Scipio prætor homini cuidam causam agenti patronum (causæ) dabat hospitem suum, hominem nobilem, sed admodum stultum. Quæso, ait ille, prætor, adversario meo datum istum patronum; deinde mihi neminem dederis. — Debeone egredi? — Alio die (ad id) te hortatus fuerim. — Nonne conaris eum videre? — Conarer eum videre, sed domi non est. — Num ei hanc licentiam dares? — Eam illi abnuerem. — Biberesne non sitiens? — Nihilo magis, quam ederem non esuriens. — Nonne verum ei dixeris? — Ejus inscitiae veritus fuerim. — Si quid falsi dixeris, nonne tibi noceas? — Nonne potes eum linquere? — Si solum (esse) eum ego siverim, perierit. — Quin eum das cuipiam in custodiam? — Sane vellem, at num mihi dixeris cuinam? — Id tibi sane dixerim, sed me pudet. — Quamobrem? — Novi eum: ubi ignotum quem viderit, aufugerit.

216.

Cur non arcessis fratrem tuum? — Si scirem ubi est, eum arcessivissem (arcessissem). — Nonne tibi dixit, ubi esset? — Id ille si mihi dixisset, scirem. — Si ægrotares, egone fecisset, ut exires? — Quid refert, ægrotemne annon, si quidem ambulare nequeo? — Si periculum facere velles, domum jam advenissemus. — Cur non edis? — Si esurirem, edissem, et si tu mihi nullus dices (ou dixisses). — Num venisses, si rhedam haberem meam? — Venirem, si me excipere voluisses. — Legissetne hunc librum, si eo non delectatus fuisset? — Eo si non delectatus fuisset, non legisset (eum). — Num famam sibi peperisset, si arbitratus esset ejus operæ pretium esse? — Si voluisset, non potuis-

---

habuisset, el viso seria mas fuerte, y eso no podria tener sino una sola significacion : si yo hubiese tenido un otro, me lo habria puesto.

set; ideo id flocci fecit. — Cur pro isto causam non dixit? — Is si fuisset ipsa eloquentia, culpa illum liberare non potuisset.

217.

Quid censes? Nihil dicas. — Sane dixerim, quid cogitem, sed ad me non attinet loqui. — Num sines strepitum hunc producier? — Sane silentium rogavissem, sed nemo audit. — Quis tibi dixit patrem ægrotare meum? — Mater tua id mihi scripsit. — Num sororem tuam ejus rei certior facies? — Nunc, quod ex aliis auditura sit, malo (id) ei dicere. — Cur ascendis super hanc mensam? — Nesciebam id esse vetitum. — Etiam si id vetitum non esset, nonne tu abstinere debueris id facere? — Ambulatum igitur non ivisti? — Scio, quid mihi accidisset: humidum est atque frigidum, et id mihi nocuisset. — Nonne rhedam habes tuam? — Nempe itidem mihi, credo, et in rheda evenisset. — Tristis es. — Unde tibi in mentem venit me esse tristem? — Nempe si tu hilaris esses, credo, silentium hoc mœustum non servares. — Visne fratrem accire meum? — Si mihi asseveres eum venturum esse, ei scribam. — Malo ad illum (domum suam) ire, atque eum huc deducere, si venire possit. — Longe est ire usque ejus domum. — Si longe sit (*ou* esset), id eo faciam (fecerim *ou* facerem), quo tibi gratus sim (*ou* essem).

218.

Nonne in hoc ego possum operæ tuæ parcere? — Minime; hoc aliter fieri non potest. — Bene aliquid facere huic homini (te) decet. — Quod mihi nunc suades, id prius faciendum fuerat. — Nonne hoc emis? — Egone hoc emere? — Non caro (magno) constat. — At quid eo facerem? — Liberos tuos donares. — Liberos meos his uti rebus! minime. — Nihilne mihi das? — Egone tibi dem quidquam? — Penulam meam habet; egone id patiar? — Quid tua refert? Ea tibi non opus est. — Egone, ea ut patiar horam illum unam esse indutum! — Locutusne es cum eo? — Locutus sum cum eo. — Et quid respondit? — Dixit se meruisse, ut memor essem sui. — Ut memor essem! At litteras, quid de illis igitur sentit? — Non agnovit manum. — Garris: illene, ut filii manum ignoraret? — Num putas eum recte fecisse? — Non; ejus agendi ratio vituperanda mihi videtur. — Utinam hic prope alicubi esset, atque haec audiret! — Non tam es miser (miserandus), quam putas. — Utinam sciam ita esse istuc! — Nihil commisisti. — Utinam, ut culpam, sic etiam suspicionem vitare potuisssem! —

Factam ego quidlibet, nemo non idem faciet. — Et tibi non satis est? — Prout se res habet. — Mihi satis est. — Reipsa tibi satis esset? — Moriar, si magis gauderem, id si mihi accidisset! — Cur ei succenses (iratus es)? — Merito succenso (sum): melius, pejus; proposit, obsit; nihil sua refert, dum se oblectet.

219.

Quid vis? — Mihi respondeas. — Quin loqueris? Tibi respondeam (1). — Egone, quæ dixi, rursus (ut) dicam? — Tibi dicturus sum, quamobrem hoc a te postulem: non audii. — Ego credam te non audisse? — Quo iret postulatio mea, nisi sic esset? — Quo iret? Ut me illuderes. — Moriar, si id cogitem! — Peream, si verbum credam unum horum, quæ dicis! — Modo si paulum auscultare velles, actum esset. — Si me amitteres, abirem. — Qui sinerem te abire? — Non vacat mihi tempus. — Parvi tibi laboris (id) esset, et oblectatio devinciendi eum officio rem tibi conduplicaverit. — Quid tibi tuus centurio dixit? — Edixit mihi, ne curem sua negotia.

220.

Eine libros suos feram? — Quo possis illos ei ferre? — In conclave suum. — Ne inferas pedem in conclave ejus; jubebis suos ei libros ferri. — Cur eos ego non ferrem? — Ideo, quod non oportet ad eum intro ire. — Non video cur (causam, quare) intro non irem (*ou eam*). — Prius ausculta paucis, quod quum dixerim, facito, si placet. — Noli id experiri, furit. — Furor ejus non terret me. — Tum sine tibi me comitem fore (*ou esse*). — Omitte curare, ut me ducas. — Timeo quid dicat. — Fuge curare, quid dicturus sit. — Si mihi etiam malediccret, id nihil facerem. — Si scribamus, nonne id sit inutile? — Abstineamus scribere. — Cur voceras? — Quod me male mulctasti. — Parce vociferari.

221.

Tibine dixit, quid sibi acciderit? — Non dixit (mihi), et dubito an dicturus sit. — Quidni dicat? — Quod eum pude-

---

(2) *Mihi respondeas*, que V. me responda, subjuntivo imperativo (*volo ut*) *mihi respondeas*. En la respuesta, *tibi respondeam* podria expresar tambien el subjuntivo (*ut*) *tibi respondeam*, (á fin) que yo le responda á V.; pero expresa tambien el futuro condicional: yo le responderia á V. El imperfecto del subjuntivo *tibi responderem* tendria significacion de pasado: que yo le respondiese á V., yo le habria respondido á V., y no se ligaria con *quin loqueris*.

ret. — Sed illi opus est pecuniam a te petere. — Nescio an petiturus sit, sed si petiturus esset, alia id causa peteret. — Ego vero non dubito quin tibi dicat. — Dic mihi, cur non dubites. — Ideo non dubito, quod novi eum. — Quid fasciola tua fecisti? — Quid illa factum fuerit, te rogabo. — Scires ubi eam posueris. — Si scirem, invenirem. — Fac, ut eam non perdas, reddo tibi eam. — Loquerisne cum patruo tuo? — Nescio an eum hodie visurus sim. — Fac ut eum quam maturissime convenias. — Scisne num pater tuus in urbe sit? — Dubito an hic sit. — Num amicus tuus possit venire? — Abiit (Profectus est). — Tibine dixit an rediret? — Non dubito, quin redeat. — Quid postulabat a te? — Rogabat, num uxorem ego essem ducturus. — Visne ei scribam? — Non est operae pretium, fac modo, ut eum convenire possim. — Nescio an hoc fieri possit. — Num sinis, ut tibi adjuvem? — Non, laboris tibi nimis esset. — Oravistine praetorem, ut veniret? — Jussit, ut redirem. — Te docere vult, ut dignitatem suam non laedas. — Me eo reduxit, ut nescirem, quo me verterem. — Oportet denuo eas ad eum. — Filio dicturus sum, eat ad eum.

222.

Imusne intro? — Eamus intro, si janua patet. — Cavete (ne) introeatis. — Exspectemus, donec veniat. — Dic veniat. — Qua lege hoc tu nobis das? — Seram emitote, quam januae affigendam curabitis; videotote, ut domus a summo ad imum dealbetur; colitote hortum, et facilitate, ne quis fundo detrimenti quid afferat. — Accipiamus has conditiones, agamus huic viro gratias, et polliceamur ei nos religiose facturos omnia, quæ mandat. — Annon surgis (e lecto)? — Nondum lucet. — Currides me intuens? — Quod hæc tu verba fundens tremebas. — Nobisne hæc verba facis? — Ludentibus, non laborantibus verba facio. — Nonne tibi tempus longinquum esse videtur? — Cito tempus præterit; nullus agenti dies longus est. — Nihil agenti dies longa est. — Nequeo laborare. — Animo tibi opus est non abhorrente a labore. — Tum magister mihi nullus est. — Discentium studiis inveniuntur magistri. — Nihilne huic credis, quod fatur? — Mendaci homini ne verum quidem dicenti credere solemus.

223.

Unde advenit? — Ab exercitu venit. — Militatne? — Ubi ætas militiæ patiens fuit, nomen professus est. — Num gessit bellum? — Patiens laboris, algoris, annos (per) decem in

Gallia militavit. — Cur domi maneam ? — Quod ego te in via video publica ludere. — Heri te deprehendi in via publica ludentem. — Nonne filiam meam invisurus es ? — Audio eam queri. — Nonne audis eam querentem ? — Tune hunc honorem petivisti ? — Me non petentem acciverunt. — Quid tædet eum ? — Nihil agere solitum, tædet eum.

224.

Satisne compertum libi est an pater tuus mox adventurus sit ? — Potest esse, ut profectionem (suam) differat. — Dic mihi, quid prohibuerit, ne mihi scribebas. — Tempus defuit mihi. — Nonne tibi defuit propterea, quod id capere non calluisti ? — Mihi non suppetit ingenium sic, ut id sciam. — Quid est causæ, cur gaudeas ? — Forte nescis, quid hic evenierit ? — Omnino. — Necesse est, ut hujus te rei gnarum faciam. — Pater meus me accivit: vis, inquit, ludere; vis ridere; vis te oblectare; vis habere in sumptuum; plane recte hæc sunt omnia; mihi vero placet, ut etiam labores. Incamus pacatum quid : procuratorem præficiam, qui tibi sestertios mille menstruos numeret, ea lege, ut laboris tui tu ei specimenia proferas; eidemque permitto, ut pecuniam det majorum, simul atque major specimenum numerus fiet. — Et tu acceperisti conditiones ? — Rogas an acceperim ? — At si forte eveniat, ut alia atque alia abreptus oblectatione, tu prohibere non potueris quin faceres ne quidquam ? — Non metuo casus ne hic incidat, et efficiam sic, ut mihi ne quid simile accidat. — Ut ut esset, stipularere, ut, quibus mensibus nihil fecisses, ne dimittereris prorsus absque pecunia.

225.

Quid obstat, cur non proficisceris ? — Consobrinus meus ; absque eo esset, jam profectus eram (ou essem). — Ne tibi sit mirum, cur non adsit ; fortasse pater ejus fuerit eum moratus. — Quem si pater moratus esset, quantas et quoties et quam faciles habuit præmonendi mei occasiones ! — Cogita tu ipse, quam sæpe parvi momenti difficultates superare difficile est. — Non nescis, in quibus is me angustiis semel deseruerit ? — Num reprehendis, quod patri dicto erat audiens ? — Te unum attendis ; suæ ipsius cuique utilitati serviendum est, quod sine alterius fiat injuria. — Hoc ei, quod sciam, non oberat. — Satis est, ut potis non fuerit. — Age, tua hæc est sententia, ut id recte fieri mihi videatur. — Lucrum tibi merum est, rem sic accipere. — Quid autem lucri mihi est in ea re ? — Rem æquo animo ut feras.

226.

Miror quid agas: tu te modo intro corripuisti timidus; qua-propter tu te nunc exanimatum citius eduxisti foras? Lo-quere. — Nequeo initium ullum invenire mearum rerum, unde exordiar narrare, quæ nec opinanti accident: partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus. — Actum-ne est de matre tua? — Aliter suspicabar morbo me visurum affectam, ac sensi esse, matrem meam. — Num periclitatur? — Spero procul abesse eam a vitæ periculo. — Attamen postquam te ancillæ aspexere advenisse, illico omnes simul lætæ exclamaverunt: venit! — Id, quod me repente aspexe-rant. — Quid tum mutationis intervenerit, dicendum. — Au-dies. Vix intus paululum progressus eram, continuo vultus earum sensi immutari omnium. Male augurabar. — Quid tandem occurrit? — Una illarum interea propere præcucurrit, nuntians me venisse. Ego matris videndæ cupidus, recta consequor.

227.

Postquam introii, medicum conspicio lecto assidentem. Statim percontor. Ille nihil; sed gestu modo silentium poscit. Circumspicio: quantus matris pallor! Quæ vox! Quam sæve cruciabatur! Postquam aspexi: o diem in-faustum! inquam, et corripui illico me inde lacri-mans, atroci cura percitus. — At en medicus conse-quitur. Miseritum est (eum tui). Roga (eum). — O mi-amice, hoc non sic est, ut putas; sævitia jam mali omnis præterit. — Quid clienti tuo dixerim, an ignoras? — Dixi ei rem suam esse desperatam, primum quod sero eam aggressus esset, tum (quod) adversarius (ejus) tanta valeret auctoritate, quantam sibi spes erat æquandi nulla, postremo (quod) ipsi ctiam pericolosum esset prosequi eam. — Ille censebat in ea re patientia opus esse et pécunia, litigationem produci posse, impensam esse magnam præsumendam, sed ad summum necesse esse, ut bene cederet et ipse causam vinceret. — Ostendi (ei) solarium ipsi futurum esse, hujus litis sumptui si pepercisset, et inimicitiam potentissimi viri et paratissimi nou suscepisset. — Potest esse, ut alium quem in consilium arcessat; sed ego mihi conscient ero, quod in rem infirmam eum non induxerim. — Esto, ut recte sentias, et ille assentiatur; sed mos hominibus non est rationi ob-temporare, quum acribus utilitatis stimulis concitentur.

228.

Quid igitur accidit, quod omnes perturbati estis? — Mira-

nobis modo nuntiata sunt. — Quid tandem? — Dicere nequeam, adeo rumores sunt inter se discrepantes. — Quid vero agitur? — Delata res est ad concilium. — Eia! dic quid concilium statuerit. — Sententiis sunt inter se pugnantibus, et etiam nunc inter eos magna exsistit controversia. — At Proculus, quid ait? — Is et alii complures nihil temere agendum, neque a consuetudine discedendum existimant: eventum esse nullum tam repentinum, in quo prudentiae usus non postuletur; eos in praesens nulla re nisi rumoribus perturbari, et magni referre ante omnia, ut stationem quisque suam constanter tueatur; interea rem in veritatis lucem sese prolaturam, eosque id explorare aggressuros. Postremo quid esse stultius, quam caput, imminente periculi specie, objectare periculo? — Filio scribis denuo? — Imo, mecum is in gratiam rediit. — Igitur ad bonam frugem se recepit? — Sic: calamitas subito accepta unde minime quis crederet, eum ad bonam frugem reduxit. — Num ipse haec tibi renuntiavit? — Omnia haec comperi a quodam ex ejus familiaribus, quem ad me miserat veniam deprecandi gratia. — Et precibus ejus tu cessisti? — Ei petenti veniam dedi libenter, et excusationem ejus accepi. — Facile flexus fuisti.

## 229.

Hortatus est me amicus ejus, ut speratam a me ipso occasionem e manibus non dimitterem: operae pretium esse, dum his adhuc percusus erat, quæ ei accidissent, ejus bene agendi propositum ut confirmarem; dignitatem pati meam ut in hac reconciliationis via obviam irem. — Quid fovere iras miserabiles, quibus licet quam maxima felicitate frui? — Tribus horis filius convenire te potest, fortunas omnes commissurus (est) in tuum arbitrium, præsidique nihil a te rogarib, nisi quod ad liberalem vivendi rationem pertineat. — Asiam invisisti; quibusnam gentibus incolitur? — Audivi plerosque Asianos esse ortos a Scythis, montesque antiquitus traductos, et propter loci fertilitatem ibi consedisse, pristinosque incolas, qui ea loca tenerent expulisse; solosque esse qui, patrum nostrorum memoria, Asia omni reducta Hesperios intra fines suos ingredi prohibuerint; qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque spiritus in re militari sumerent. — Venitne debitor meus? — Venit, dum abesses, et est professus se tibi satisfacturum; at dubito an redditurus sit. — Negas eum esse redditurum: quamobrem temere adeo judicas eum muneri suo defuturum? — Hoc tantum dixi, me dubitare. — Id ei solertiæ erat, ut argumenta iisdem verbis refelleret, quibus expressa fuissent. — Nonne

statutum tibi est castra repetere? — Ego, repetam? — Quid dixti (dixisti)? Echo! non repetes? Discedes, quæso, potius e castris? Quæ hæc amentia est? Enim vero prorsus jam tacere non queo, et cogis ea, quæ nolo, ut coram omnibus loquar. — Nunc, quum prætoris alienum esse a me animum sentiam, nec profecturum me quidquam posthac esse arbitror, cur repetam?

230.

Ignarum censes tuorum consiliorum esse me, aut quid id sit, quod fastidias ad hunc modum? Primum hanc ubi dixisti causam, te propter oppidi, ubi in præsidiis esses, insalubritatem valetudine affici, pollicitus ego sum statim advenientem te hinc fore concessurum. Nunc postquam ademptam hanc quoque tibi causam vides, nactus alteram es. — Erras, si me causas fingere putas. — Sine loquar. Aliquando tamen, animum ut ad liberale quodquam studium adjungas tuum, quam longum spatium tui oblectandi tibi dedi! Sumptus, quos fecisti animi causa, quam animo æquo tuli! Egi atque oravi tecum, militiae disciplinam ut inires. Tempus dixi esse. Impulsu abiisti meo. — Opusne tuum ad patrem detulisti? — Ubi primum hoc opus perfeci, detuli ad eum, sed jam abierat. — Quota hora igitur ei detulisti? — Hora octava et dimidia. — Sero fuit. — Ocius nequibam, induendæ mihi erant vestes, et ubi eas primum induitus fui, egressus sum. — Quando jentavisti? — Postquam jentavi, hora sonuit duodecima.

231.

Maturene convivium habitum est? — Ut convivæ convernunt, statim adierunt convivium. — Nonne diu cessaverunt sermones inter se serentes? — Temporis spatium haud magnum, postquam vero sermoni finem fecere, comedere cœperunt. — Num id tibi temporis multum absumpsit? — Ut surrexi e lecto opus statim inchoavi, et brevi jussa hæc prescripsi. — Urbs igitur capta fuit? — Oppugnata fuit, militesque, postquam urbem diripuere, immisericorditer captivos trucidaverunt. — Postquam abiit, nonne tibi patefactum est eum fustis (sui) oblitum fuisse? — Quum in eo erat ut egredieretur, hospes quidam advenit. — Et oculos hospes iste tuos avertit? — Is, ut primum aspexit, adiit illum, amboque una sunt egressi. — Venerant legati, quid consul eis respondit? — Illo die legati sine responso fuerunt dimissi. — Nocte num fuit concilium? — Non: consulem, nocte, quæ consecuta est, remotis arbitris, anceps cura agitare: nolle de

serere socios, nolle minuere exercitum, quod aut moram sibi ad dimicandum, aut in dimicando periculum afferrc posset.

232.

Quid agit consul? — Stat sententia, non minuere copias, ne quid interim hostes inferant ignominiae; sociis spem pro re ostentandam censem; saepe vana pro veris, maxime in bello, valuisse; et credentem se aliquid auxillii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia, et sperando atque audendo servatum (fuisse). — Dic mihi quid causæ sit, cur me non admittit? — Edixit, ne quisquam ad eum adiret, et mihi. ne abscederem, imperavit, in interioreque ædium parte ut manerem solus cum solo. — Metuo, ne pater (e) rure redierit, et cum illo intus sit. — Nihil tam difficile est, quin quærendo investigari possit; percontare. — Si voluisses, dicere posses. — Nihil tibi possum dicere, nisi quod nunquam unum intermittit diem, quin semper veniat. — Ut eum aspiceris, ubi ubi sum, fac me quam primum certiores.

233.

Scis, quid inter nos convenit? — Animam potius relinquam, quam id obliviscar. — An censes clam me esse, quam tu graviter id feras, quod evenit? — Quam hoc mihi videtur factum prave, nequeo satis proloqui. — Cur eum non ostendisti, quanti penderes? — Ah! non suspicabatur, quantas alter ille suis consiliis mihi conficiebat sollicitudines! — Proinde hiscere nemo audebat. — Quasi tu dicas factum id mea culpa. — Multum abest; satis scio dignum esse te, cui omnia committam. — Quæso, care mi amice, quoniam non potest fieri quod vis, id velis quod possit. — Non æque facis, qui me id rogites, quod in potestate non est mea. — Id adeo miror, quomodo tam ineptum quidquam tibi in mentem venire potuerit. — Noli de me temere judicare: nihil est bene (adeo) cogitatum, quin male interpretando possit depravarier.

234.

O domina, operam mihi dedisti, pro qua nequeo satis tibi gratias agere. — Recte factum, et volupe est. — Cujus memoria apud me nunquam intermoritura est. — Dictis, ut credam, facis. — Solitam benignitatem tuam obtines. — Ha, ha, hæ! Tune mihi istuc dicis? — Opitulari adeo tu calles, ut opportunus obitus, sermo, adventus tuus, quocumque advenieris, semper sit. — Ac tu quidem morem antiquum atque


ingenium obtines, ut unus hominum homo te vivat nunquam quisquam blandior. — At servatrix mea fuisti. — Quid quæris? Nequeo quin res edam mirabiles. — Recte dixisti: quamquam jocaris, nunquam tibi ex ore quidquam exiit, quod magis omnes numeros veritatis haberet. — Desinas operæ tam levi pondus addere. — Non minimam, quæ minima sunt interdum beneficia, gratiam ineunt. — Etenim opportune et feliciter fieri, hoc in rebus magni momenti est. — Verum enim vero sæpe fit, ut, quibus in rebus aliis ne memor quid m est, de eadem causa grati animi homo factus sit amississimus.


235.

Nonne a te hæc sunt exorta omnia? — Ego nullam de his rebus culpam commerui. — Tunc is non es, qui eos perturbasti? — Non; et dum ego ne (1) sim in causa, turbulent porro quam velint. — Redi in gratiam cum eis, ac noli adversari mihi. — Si mecum illi congruere vellent, satis certo scio, tantam rem clam me non haberent, quam celasse intelligo. — Quod factum est, tu male interpretaris. — Nunc, quum eorum alienum esse a me animum sentiam, nec conventurum inter nos posthac esse arbitror, quamobrem in gratiam redeam? — Malus (Nequam) homo quod suasit, ii fecerunt. Mirandumne id est? Gensen' te posse reperire quemquam hominem qui careat culpa? An quia non tu unquam delinquis? — Tuinet ipse vide cum eis.

---

(1) *Ne* puede reemplazar *non*, sobre todo despues de *dum*, *dummodo*, *modo* y aun *ut*, pero no conserva menos por eso su valor siempre preventivo. Temistocles dió por instrucción á sus colegas *de no libertar á los enviados de los Lacedemonios* antes que él mismo fuese libertado: *Themistocles collegis suis prædicti*, *ut ne prius Lacedæmoniorum legatos dimitterent, quam ipse esset remissus*. *Non* reemplaza tambien algunas veces *ne*, pero solo con el imperativo ó el subjuntivo tomado imperativamente para expresar impulsión, voto, etc. Estos modos le dan el valor preventivo de *ne*. Que el niño, aun antes de saber hablar, no se acostumbre á discursos que le seria necesario olvidar: *Non adsuescat puer, ne dum infans quidem est, sermoni, qui dediscendus sit*. Es el aniversario de mi nacimiento en qué le escribo á V. eso, dia en qué yo habria debido bien *no nacer*, ó *nacer hijo único*: *Hæc ad te die natali meo scripsi, quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eadem matre postea nutum esset*.





ELENDORF  
LEAVE  
DE  
LATIN